UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

I. Notitia Episcopatuum Orbis Christiani, sine Codex Prouincialis Romanus. Aubertus Miræus ex vetusto Codice ante annos ferè D. scripto publicabat, Notisq[ue] illustrabat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64659

Visual Library

NOTITIA EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI.

Siue

CODEX PROVINCIALIS ROMANVS.

AVBERTVS MIRÆVS
ex vetuſto codice ante annos fere
quingentos ſcripto publicabat,
Notiſq; illuſtrabat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LECTORI CANDIDO

S. D.

DE Christiani orbis Epiſcopatibus antequam dicere incipiam libet pauca quædam de veteris Eccleſiæ politia præfari. Iam inde à primis naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ exordiis, tres exſtitere ſedes Patriarchales, auctoritate Apoſtolicâ in præcipuis orbis Romani ciuitatibus cõſtitutæ; nimirũ ROMANA, ALEXANDRINA, ANTIOCHENA. Acceſſit poſt CONSTANTINOPOLITANA, decreto Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis concilii; ac demum IEROSOLYMITANA, decreto Chalcedonẽſis & quintæ Synodi Oecumenicæ. Ambitione tamen Patriarchæ Conſtantinopolitani, ordo poſtea mutatus: qui ſola vrbis regiæ dignitate ſubnixus ſecundam ſedem inuaſit.

Patriarchæ quinque.

Quinq; igitur pręcipui orbis Patriarchę à multis retro ſæculis iſti ſunt habiti, ROMANVS, CONSTANTINOPOLITANVS, ALEXANDRINVS, ANTIOCHENVS, & IEROSOLYMITANVS. Omnium princeps Romanus: adeoque *Patriarcharum Epiſcopus* à Caſſiodoro, Variarum libr. IX. epiſt. XV. & eadem ſententia, *Pater Patrum* à magno illo Athanaſio aliiſque Epiſcopis, epiſtola ad Liberium,

merito

merito nuncupatus. Huic, præter ſummam vniuerſæ in terris Eccleſiæ præfecturam ac procurationem, totius inſuper Occidentis cura peculiaris incumbit. Habuit autem Occidens omnis ſex *Romani ſub-ſunt Occidentis diœceſes.* olim diœceſes; *Italiam*, *Illyricum*, *Africam*, quas Præfectus prætorio Italiæ: *Gallias*, *Hiſpanias*, & *Britannias*, quas Præfectus prætorio Galliarum adminiſtrabat. In Italia decem & ſeptem fuere, omnium fere conſenſu, prouinciæ: *Campania*, *Tuſcia cum Vmbria*, *Picenum*, *Flaminia*, *Æmilia*, *Venetia*, *Liguria*, *Sicilia*, quæ octo à cõſularibus regebantur: *Samnium*, *Valeria*, *Sardinia*, *Corſica*, *Rhe- Italia prouincia.* *tia prima*, *Rhetia ſecunda*, *Alpes Cottiæ*: quæ ſeptem Præſidibus ſuberant. At Paullus Diaconus decem & octo numerat. Et ſane Alpes Graiæ, in Sconhouiano quoque prouinciarum Indice (ſic nuncupo incerti auctoris Indicem, ab Antonio Sconhouio Belga cum Eutropii hiſtoria Romana primum, poſt & ab Andr. Schotto cum Antonini Itinerario editum) Italiæ adſcribuntur: ſed eas cum Pœninis coniunctas in Galliarum diœceſi collocant Notitia Imperii (quam Mariano Scotto nonnulli adſcribunt, ſed nullo teſte) & omnes Gallicæ deſcriptiones. Atque ita non eſt quod Italicarum prouinciarum numerum augeamus. Miror tamen in Schonhouiano Indice omitti Valeriam, quam Arcadius & Honorius Impp. *l. vltim. Cod. Theod. quib. equor. vſ. conceſſ.* Italiæ prouinciis adnumerant. Illyrici ſeptem *Illyrici.* ſunt prouinciæ, in Sexti Rufi Breuiario (quod

Valenti Imperatori auctor dicauit) & indice Sconhouiano: *Dalmatia*, *Pannonia prima*, *Noricum mediterraneum*, *Noricum Ripenſe*, *ad Danubium flu.* *Pannonia ſecunda*, *Sauia*, & *Pannonia tertia*, ſeu *Valeria*, à Diocletiano inſtituta, filiæque nomine inſignita. Dalmatiæ metropolis fuit *Aquileia*: Pannoniæ primæ, *Sirmium*, Pannoniæ ſecundæ, *Sabaria*, S. Martini Epiſcopi Turonenſis patria, Norici mediterranei, *Iuuauia*, Norici Ripenſis, *Laureacum*, niſi fallor.

Africa. In Africa ſex prouincias, *Carthaginienſem*, *Bizacium*, *Numidiam*, *Tripolim*, *Mauritaniam Cæſarienſem*, & *Mauritaniam Sitifenſem*, agnoſcunt Sextus Rufus, Notitia Imperii, & Index Sconhouianus. Ex his prima fuit & *Proconſularis*, itemque *Zeugitana* promiſcue nuncupata: vt ex actis Collationis Carthag. & ex Victore Vticenſi lib. *1.* datur intelligi. At Juſtinianus Africam, à Vandalorũ tyrannide liberatam, in prouincias ſeptem diuiſit, *Carthaginienſem*, *Bizacenam*, *Tripolitanam*, *Tingitanam*, *Numidiam*, *Mauritaniam*, & *Sardiniam*. Ceterum vt ciuiles, ſic & ſacras olim ſex in Africa prouincias fuiſſe, patet ex conciliis Carthaginienſi VI. & VII. itemque ex Africano. Vbi inter alia ſic legitur: *Ne diutius Epiſcopi teneātur, placuit ternos iudices de ſingulis prouinciis eligi, & electi ſunt, de prouincia Carthaginienſi Vincētius &c. de prouincia Numidiæ N. de prouincia Byzacena N. Mauritania N. Sitifenſi N. Tripolitana, &c. N.* Fuit autē *Carthaginienſis Eccleſia Africæ* olim *caput*; vt Auguſtinus epiſtola C. LXII. loquitur: adeoq;

eoque *poſt Romanum Pontificem primus Archiepiſcopus, & totius Africæ maximus Metropolitanus fuit Carthaginienſis Epiſcopus*: vt Leo IX. Pont. Max. in epiſtolis ad Thomam alioſque Africanos Epiſcopos multis diſſerit, Carthaginiēſis Archiepiſcopi priuilegia commemorans. De quibus vide & Baronium in Annalibus nō vno loco. Byzacenam porro prouinciam circa *Adrumetum* fuiſſe, ex poſteriorum temporum ſcriptoribus intelligitur. Numidiæ metropolis fuit *Conſtantina*: vt ex D. Auguſtino & canonibus concilii Carthag. datur intelligi. Epiſcopi *Idacenſis* in Numidia mentio eſt apud Vict. Vticenſem, vt & aliorū plurimorum Africæ Antiſtitum. In Tripolitana regione quinque olim Epiſcopi fuere: vt conciliū Carth III. cap. XXXIX. diſerte teſtatur. In Mauritania Cęſarienſi fuit *Iol*, vrbs maritima, Iubę, olim regia, quę & *Cæſarea* Ptolomæo, Plinio, & Pomponio teſtibus poſt eſt nuncupata.

Gallias in decē & ſeptem prouincias Cęſar diſtribuit, quas hoc ordine (variant enim veteres in enumerando) nobis liceat recenſere, 1. *Lugdunenſis prima*, cuius metropolis Lugdunū, caput Galliarū, ad Rodanū fluuiū. 2. *Lugdunenſis ſecunda*: cuius metropolis Rotomagū, ad Sequanā fluuium 3. *Lugdunenſis tertia*: cuius metropolis, ciuitas Turonū, ad Ligerim fluuiū, 4. *Lugdunenſis quarta*: cuius metropolis, ciuitas Senonū. V. Lugdunenſis 5. ſiue Maxima Sequanorū: cuius metropolis, Veſuntio ad Dubim fluuium 6. *Belgica prima*: cuius metropolis Galliarum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciuitas Treuerorũ, ad Moſellam fluuium. 7. *Belgica ſecunda*: cuius metropolis, ciuitas Remorũ. 8. *Germania prima*, cuius ciuitas Maguntiacũ, ad Rhenũ fluuiũ. 9. *Germania ſecunda*: cuius metropolis Colonia Agrippina, ad Rhenũ fluuiũ. 10. *Viennenſis prima*: cuius metropolis Vienna ad Rhodanũ fluuiũ: 11. *Viẽnenſis ſecũda*: cuius metropolis Narbo Martius. 12. *Viennenſis tertia*: cuius metropolis, Aquæ Sextiæ. 13. *Viennenſis quarta*, in Alpib. maritimis: cuius metropolis, Ebrodunũ. 14. *Viennenſis quinta*, ſiue *Alpiũ Graiarum ac Pœninarũ*: cuius metropolis, ciuitas Centronũ. h. e. Tarantaſia. 15. *Aquitania prima*, ſeu *Viẽnenſis ſexta*: cuius metropolis, ciuitas Biturigũ. 16. *Aquitania ſecũda*, ſeu *Viennenſis ſeptima*, cuius metropolis, Burdigala, ad Garumnã fluuiũ. 17. *Aquitania tertia*, ſeu *Viennẽſis octaua*, quæ & *Nouẽpopulana* eſt dicta: cuius metropolis, ciuitas Auſciorũ.

Hiſpaniarum. Hiſpaniarum prouincias ſex enumerat Rufus Feſtus in Breuiario, *Tarraconenſem*, *Carthaginiẽſem*, *Luſitaniam*, *Gallæciam*, *Bæticam*, *Tranſ-fretanam*, ſeu *Tingitanam* in Africa. Notitiæ Imperii auctor, & index Sconhouianus, addunt ſeptimam, nimirum *Balearem*, ſeu Balearium inſularum. Tarraconenſis prouinciæ metropolis olim fuit, Tarraco Carthaginienſis, *Carthago*. Luſitaniæ, *Auguſta Emerita*: Beticæ autem *Hiſpalis*.

Britanniarum. Britanniarum prouincias quinque agnoſcunt auctor Notitię Imperii, & Index Sconhouianus, *Britãniam primam*, *Britanniam ſecundam*, *Maximam Cæſarienſem*, *Flauiam Cæſarienſem*, & *Valentiam*. Bri-

tannia-

tanniarum metropolis quondam fuit *Eboracum*:
ſed a Gregorio Magno Papa duæ poſtea Britan-
niarum metropoles ſeu ſedes Archiepiſcopales,
Cantuaria & *Eboracum* ſunt inſtitutæ.

Hactenus de ſex Occidentis diœceſib. locuti ſu-
mus nunc in Orientē, alterum velut orbem, tranſ-
eamus. Cuius quidē diœceſes ſeu regiones ſeptē
numerantur: *Oriens*, *Ægyptus*, *Aſiana*, *Pontica*, *Thra-
cia*. l. 2. de milit. veſt. vt nem. ad ſu. patroc. in quib.
vices Imperatoris Præfectus prætorio Oriētis ex-
ercebat: *Macedonia*, & *Dacia*, quæ à præfecto præto-
rio Illyrici regebātur. Oriētis metropolis fuit *An-
tiochia*, Ægypti *Alexandria*, Aſianæ *Epheſus*, Ponticę
Cæſarea, Thracię *Cōſtātinopolis*, Macedonię ac Da-
ciæ *Theſſalonica*: idq; ad Iuſtiniani Imp. æuū, qui *Iu-
ſtinianam primā* Daciæ metropolim conſtituit. O-
riētis porro diœceſes inter ſe velut partiti ſunt Cō-
ſtātinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, &
Ieroſolymitanus, *Patriarchæ*. *Cōſtantinopolitano* qui-
dem tres diœceſes, *Aſianā*, *Ponticā*, *Thraciam*, cōci-
lium Chalcedonenſe adtribuit. Aſianæ vndecim
ſunt prouinciæ, in Notitia Imperii: *Aſia* princeps
eo nomine prouincia, *Pamphylia*, *Helleſpotus*, *Lidya*,
Piſidia, *Lycaonia*, *Phrygia prima* ſeu *Pacatiana*, *Phrygia
ſecunda* ſeu *Salutaris*, *Lycia*, *Caria*, & *Inſula*. Index
Sconhov. addit *Galatiā*, mox Pōticæ adnumerādā.

In Pōtica vndecim quoq; prouincię recēſentur:
Galatia prima, *Galatia ſecunda ſeu ſalutaris*, *Bithynia*,
Paphlagonia, *Honorias*, *Cappadocia prima*, *Cappadocia
ſecunda*, *Hellenopontus*, *Pontus Polemoniacus*, *Armenia*

prima ſeu *maior*, *Arnia ſecũda* ſeu *minor*. Iuſtinianus Imp. poſtea *Cappadociam tertiam*, itemq; *Armenias tertiam* & *quartam* adiecit.

Thacia. Thraſiæ prouincias ſex numerãt, *Europen*, *Thraciam*, *Hæmimontum*, *Rhodopen*, *Mæſiam*, *Scythiam*.

Macedonia. Haut abs re fuerit Macedoniæ & Daciæ prouincias pręmiſſis ſubnectere. In Macedonia ſex quidẽ olim fuere prouincię numeratę. *1. Achaia. 2. Macedonia prima. 3. Creta. 4. Theſſalia. 5. Epirus vetus. 6. Epirus noua, cũ parte Macedoniæ ſecundæ ſeu Salutaris.*

Dacia. In Dacia quinque: 1. *Dacia mediterranea. 2. Dacia Ripenſis. 3. Mæſia prima. 4. Dardania. 5. Præualitana, cũ parte Macedoniæ Salutaris.* Alii Macedoniæ, Dacię; & Illyrici prouincias omnes vno Illyrici nomine cõplectuntur: vt & ab vno Illyrici Pręfecto omnes olim regebãtur. Quinimo vnus idemq; olim Macedonię & Dacię Primas fuit, Theſſalonię nimirũ Metropolita: idq; ad tẽpora Juſtiniani Imperatoris, qui vt patriã ſuã Achridem, Dardanię ſeu Bulgarię vrbẽ, Iuſtinianam primã à ſe nuncupatã, nobilitaret atq; illuſtriorem redderet, *nouell. 119. l. 508.* ſic ſtatuit: *Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ habeat ſibi ſubiectos Epiſcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripẽſis: item Præualenos* (ſeu Præualitanos) *& Dardaniæ, & Myſiæ* (ſeu Mœſię) *ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem iura ſuper eos habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.*

Itaq; notet hic Lector quaſdã metropoles olim autocephalas, i. e. ſibi ipſis capita exſtitiſſe: quod diſerte tradit Theodorus Ballamo in Reſponſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de Patriarch. *Exceptis*, inquiens, *Archiepiſcopis, qui caput ſibi ipſis ſunt, Bulgariæ ſcilicet & Cypri.* Sic & metropolis Iberiæ ſeu Iberorum in Aſia (qui hodie *Georgiani* dicuntur) ſibi caput exſtitit: vt ex ſynodo Antiochena diſcimus. Sic item Carthago Africæ metropolis (quam Iuſtinianam à Iuſtiniano Imp. dictam teſtatur Balſamo) ſibi caput eſſe voluit. Vt tres eo nomine vrbes iſtud libertatis priuilegium velut ſtudio adfectaſſe videantur.

Alexandrino patriarchæ ſubſunt Ægypti prouinciæ.

Alexandrino patriarchæ canon VI. ſynodi I. Nicænæ *Ægyptum*, *Lybiam*, & *Pentapolim* adtribuit. Tres enim Ægypti primum prouinciæ, poſtea ſex numeratæ: *Ægyptus*, *Thebais*, *Libya ſuperior*, *Lybia inferior* ſeu *Pentapolis*, *Arcadia*, & *Auguſtamnica.* Acceſſere poſtea *Ægyptus ſecunda*, *Thebais ſecunda*, & aliæ: adeo vt decem Ægypti demum fuerint prouinciæ. Tot enim ex hac diœceſi Metropolitanos conuocari iubent Theod. & Valent. epiſtola ad Dioſcorum, quæ act. I. concilii Chalced. recitatur: *Igitur & tua Sanctitas ſumptis ſecum decem reuerendiſſimis metropolitanis Epiſcopis, qui ſub tua degunt diœceſi, & aliis ſimiliter decem ſanctis Epiſcopis, Kalendis Auguſtis, Epheſum metropolim Aſiæ conuenire feſtinet.* Victor certe Tunnunenſis in chronico, *Frontinum Epiſcopum, Antionenſi in prima Thebaide ciuitati, exilio deputatum* memorat. Quæ omnia eruditiſſimus Berterius recte obſeruauit.

Patriarchæ Antiochenæ parent Orientis prouinciæ.

Septem in Oriente diœceſes exſtitiſſe paulo ante diximus: *quarum* primam *Orientis* nomine

inſignem, *Antiocheno* Patriarchæ adtributam teſtantur concilii Nicæni, itemque Conſtantinopolitani primi & ſecundi decreta. Vt is iure optimo à veteribus *Orientis Patriarcha* nuncupetur. Fuere autem in Orietis diœceſi prouinciæ quindecim, ſi fides Notitiæ Imperii habenda: I. *Syria prima.* II. *Syria ſecunda ſeu Salutaris.* III. *Palæſtina prima.* IV. *Palæſtina ſecunda.* V. *Palæſtina ſalutaris.* VI. *Phœnice prima.* VII. *Phœnice Libani ſiue ſecunda.* VIII. *Cilicia prima.* IX. *Cilicia ſecunda.* X. *Cyprus.* XI. *Euphratenſis.* XII. *Meſopotamia.* XIII. *Oſrhœna.* XIV. *Arabia.* XV. *Iſauria.* Miror autem in Indice Sconhouiano non niſi decem Orientis prouincias recenſeri. Addit is *Sophenam* vt Syriæ prouinciam: ſed Armeniæ ipſam annumerandam, eandemq; eſſe cum Armenia quarta, docet Berterius ex Strabone, Stephano, & Procopio.

Syria prima, quæ & Syria Cœle dicitur, metropolim habuit *Antiochiam magnam.*

Phœnices primæ metropolis fuit *Tyrus*, ſecundæ autem *Berytus.* Ciliciæ primæ caput fuit *Tarſus.* Cilicia ſecunda iuxta montem Taurum in Indice Sconhouiano conſtituitur: vnde & *Trachea* appellatur. Iſauria, niſi fallor, metropolim habuit *Seleuciam.*

Ieroſolymitano Patriarch. parent tres Palæſtinæ.

Atque hic quidem ſtatus primum fuit Antiochenæ ſeu Orientalis diœceſis: à qua poſtea tres Palæſtinæ, *prima, ſecunda & ſalutaris*, ſunt detractæ, & *Ieroſolymitano* Patriarchæ recens inſtituto adſignatæ: idque decreto Chalcedonenſis, & quinti

con-

concilii œcumenici, vt ſupra diximus. Quod poſterioribus ſæculis obtinuiſſe, docent acta concilii Ieroſolymitani, celebrati *in colonia Aelia metropoli & Ieroſolymis, præſidente Patriarcha Petro, & aſſiſtentibus Epiſcopis trium Palæſtinarum.* Guilielmus Tyrius lib *14.* cap. *12.* veteris cuiuſdam ſcripti auctoritate permotus, duas inſuper ex Antiochena ſeu Ægyptiaca diœceſi prouincias Ieroſolymitano Patriarchæ traditas narrat: *Subſtraxerunt*, inquiens, *Antiocheno Cæſarienſem & Scythopolitanum metropolitanos: Alexandrino vero Rubenſem & Berytenſem.* Quæ ſententia doctiſſimo Berterio minime probatur: quod Ruba à Ptolomęo in Syria ponatur, & Berytum Phœnices Libani metropolim eſſe conſtet. Syria autem & Phœnicæ Orientis prouinciæ omnibus ſunt notæ. Cæterum Palæſtinæ primę metropolis fuit *Aelia* colonia ſiue *vrbs Ieroſolymorum*: ſecundæ vero, *Cæſarea*: tertiæ autem, *Scythopolis.*

Ceterum vt ad inſtituti noſtri rationem propius accedam: exſtat liber *De Epiſcopatibus orbis Chriſtiani*, ex codice Cancellariæ, vt loquuntur, Apoſtolicę exceptus, poſt Romæ primum anno Chriſti *1503.* dein Lutetiæ, Lugduni, & alibi, itemque à Petro Rebuffo cum Praxi beneficiorum editus: quem vulgo *Prouinciale Romanum*, ſeu *Prouinciale omnium Eccleſiarum cathedralium* nuncupant. Huius exemplaria varia cum manuſcripta tum typis euulgata quærendo dum colligo, opportune mihi Pariſiis negotiorum cauſſa agenti

quattuor exemplaria calamo exarata in manus obuenerunt. Primum ex bibliotheca Cl. V. *Claudii Puteani*, Senatoris olim Pariſienſis, beneficio filiorum: accepi: quo codice frequenter vſus, atque in Iure Pontificio explicando non mediocriter adiutus eſt. *Iacobus Cuiacius*, æui noſtri Papinianus, Huic annexus eſt *Catalogus Abbatiarũ*, vt loquuntur, *orbis Chriſtiani*: quę omnia, Summorum Pontificum decretis atque epiſtolis illuſtrandis, *Carolus Labbæus* I. C. & cauſſarum in ſuprem a Pariſienſi curia Patronus, aliquando, vt ſpero, publicabit. Secundum exemplar, temporibus Gregorii IX. Papæ conſcriptum, *Iacobus Sirmondus*, Soc. Ieſu ſacerdos, vir omnis antiquitatis cum ſacræ tum profanæ peritiſſimus, mecũ communicauit. Duo poſteriora, ex publica S. Victoris Pariſiẽſis bibliotheca deprompta mihi tradidit *Ioannes Piccardus*, illius monaſterii ſodalis & Bibliothecarius. Ex his Victorinis alterum, itemque Puteanæum, atque exemplaria omnia typis edita inter ſe fere congruunt: ſuntque ea paullo poſt Ioannis XXII. Papæ æuum conſcripta. Fit enim in iis mentio Toloſani Archiepiſcopatus vt nuper ſeu recens inſtituti, aliorumque in Gallia Epiſcopatuum à Ioanne XXII. excitatorum. At vero omnium, quæ Pariſiis videre contigit, vetuſtiſſimum eſt alterum exemplar Victorinum: vtpote in quo nec Rigenſis in Liuonia, nec Glaſcoenſis in Scotia, nec alii alibi à quinque fere ſeculis inſtituti Archiepiſcopatus memorentur. Vt

taceam,

taceam, antiquiſſimi apud Hiſpanos Archiepiſcopatus Emeritani, ſediumque ſuffraganearum in eo fieri mentionem. Vetuſtiſſimus itaque codex iſte præ ceteris nobis placuit: quem ſexcentis amplius locis (vt nihil temporum iniuriæ magis obnoxium, nihilque librariorum erroribus magis expoſitum eſt, quam propria locorum nomina) emendatum, Notiſque illuſtratum, hic vides. Ceterum in prouinciis atque ipſis etiam Epiſcopatibus recenſendis, ipſum codicis Prouincialis ordinem (ſi quis tamen in eo ſit ordo) fere ſecuti ſumus. Quod præmonendum duximus, ne quid maligne aut temere à nobis ſcriptũ quis ſuſpicetur. Vale, mi Lector, atque iſtis fruere tantiſper dum Curis noſtris ſecundis auxiliares copias ſubmiſeris. Lutetiæ Pariſiorum, x. Kal. Iunias CIↃ. IↃ CX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOTITIA
EPISCOPATVVM ORBIS CHRISTIANI.
Siue
CODEX
PROVINCIALIS ROMANVS.

SANCTA Romana Eccleſia, mater Eccleſiarum omnium & magiſtra, habet ſub ſe Epiſcopos infra notatos.

Epiſcopi Cardinales.
ſunt iſti.

I. Oſtienſis.
II. Portuenſis.
III. S. Rufinæ, ſiue Siluæ candidæ.
IV. Sabinus.
V. Præneſtinus.
VI. Tuſculanus.
VII. Albanus.

NOTATIO.

SS. Ruffinæ & Secundæ, alias Siluæ Candidæ epiſcopatum (deficientibus incolis ob crebras barbarorum incurſiones) Calixtus II. Portuenſi adiunxit, adeoque non niſi ſex hodie Epiſcopi Cardinales exiſtunt.

Oſtienſis Pontificem Romanum conſecrare ſolet, pallioque in ipſa conſecratione vtitur. Eidem epiſcopatui Eugenius III. Veliternum adiunxit.

De his omnibus lege Onufrii Panuinii librum de Epiſcopatibus, titulis & diaconiis Cardinalium.

Epi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopatus ſub Pontifice Romano, nec ſub alio, vel in alterius prouincia conſtituti.

IN LATIO ET CAMPANIA.

Tiburtinus.	*Tiuoli.*
Anagninus.	*Anagna.*
Signinus.	*Segna.*
Ferentinus.	*Ferentino.*
Alatrinus.	*Alatro.*
Verulanus.	*Veruli.*
Soranus.	*Sora.*
Fundanus.	*Fondi.*
Caietanus.	*Gaietta.*
Terracinus.	*Terracina.*

IN MARSIS.

Furconenſis.	*Aquila.*
Marſicanus.	*Marſico.*
Valuenſis.	*Sulmona.*
Theatinus.	*Ciuita di Chietti.*
Pennenſis.	*Penna.*
Aprutinus.	*Theramo.*

Furconio exciſo, Alexander IIII. ſedem epiſcopalem Aquilam tranſtulit.

IN TVSCIA.

Nepeſinus.	*Nepi.*
Sutrinus.	*Sutri.*
Ciuitatenſis.	*Ciuitella.*
Ortanus.	*Orti.*
Balneoregienſis.	*Bagnarea.*
Vrbeuetanus.	*Oruieto.*
Viterbienſis.	*Viterbo.*
Caſtrenſis.	*Caſtro.*
Suanenſis.	*Soana.*
Cluſinus.	*Chiuſe.*
Peruſinus.	*Perugia.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Caſtellanus	*Ciuita di Caſtella.*
Aricinus.	*Rizza, ſiue Lariſſa.*
Groſſetanus.	*Groſeto.*
Volaterranus.	*Voltara.*
Senenſis.	*Siena.*
Lucenſis.	*Luca.*
Piſtorienſis.	*Piſtoia.*
Florentinus.	*Fiorenza.*
Feſulanus.	*Fiezole.*
Lunenſis.	*Luna.*

IN VMBRIA ET MARCA Anconitana.

Spoletinus.	*Spoleto.*
Aſiſinas.	*Aſciſi.*
Fulginas.	*Foligno.*
Nucerinus.	*Nocera.*
Eugubinus.	*Agubio.*
Reatinus.	*Rieti.*
Tudertinus.	*Todi.*
Amerinus.	*Amelia.*
Narnienſis.	*Narni.*
Interamnenſis.	*Terni.*
Eſculanus.	*Aſcoli.*
Firmanus.	*Fermo.*
Camerinenſis.	*Camerino.*
Auximanus.	*Oſmo.*
Numanenſis.	*Humana.*
Anconitanus.	*Ancona.*
Æſinus.	*Gieſi.*
Senogallienſis.	*Senigaglia.*
Fanenſis.	*Fano.*
Piſaurienſis.	*Peſaro.*
Foro-Sempronienſis.	*Foſſumbruno.*
Calienſis.	*Cagli.*
Vrbinas.	*Vrbino.*

Ariminen-

Ariminenſis.	*Rimini.*
Ferentanus.	*Ferento.*

Hunc Romanæ prouinciæ ſtatū circa annum Chriſti 1057. fuiſſe, ex vetuſto ſacrorum rituum codice MS. Vaticano docet Baronius in annalibus, in rebus geſtis anni eiuſdem. Poſterioribus ſæculis nonnihil mutata eſt rerum facies, Theatina nimirum, Senenſi, Florentina, Firmana & Vrbinate Eccleſiis ad Archiepiſcopalem ſeu metropolitanam dignitatem euectis: quibus & alia ex commemoratis tanquam ſuffraganeæ ſunt adſignatæ.

Theatinæ metropoli ſunt adtributæ Aquilenſis, Pennenſis, & Sulmonenſis ſeu Valuenſis eccleſiæ, in regno Neapolitano.

Senenſem archiepiſcopali titulo donauit Pius II. anno 1409. in cuius prouincia ſunt Epiſcopatus Suanenſis, Cluſinus, Groſſetanus; Maſſanenſis, montis Alcinoi, & Collenſis, niſi fallor, à Clemente VIII. inſtitutus. Montis autem Politiani Epiſcopatus eſt à iuriſdictione archiepiſcopali exemptus.

Florentinum Archiepiſcopum agnoſcunt Feſulanus, Aretinus, Piſtorienſis, Burgi S. Sepulcri, ciuitatis Solis, & Cortonienſis, Epiſcopi.

Firmano parent Maceratenſis, Ripæ Tranſonis, Humanenſis; Fanenſis, Anconitanus, Piſaurienſis, Camerinenſis, Eſinenſis; Foroſempronienſis; Auximanenſis, Senogallienſis, Recinetenſis, Lauretanus & Montaltenſis, Epiſcopi.

IN SICILIA.

Metropolis ſiue Archiepiſcopatus Panormitanus. *Palermo.*

Epiſcopatus Suffraganei.

Agrigentinus.	*Gergenti.*
Mazarenſis.	*Mazara.*
Melitenſis.	*Malta.*

Archiepiſcopatus Montis regalis.

Monreale.

Syracuſanus.	*Siracuſa.*
Catanenſis.	*Catana.*

Montem Regalem metropolitico honore anno 1183. Lucius Papa donauit: vt Baronius in Annalibus commemorat. Huius Eccleſiæ hiſtoriam nuper conſcripſit Ioannes Ludouicus Pellus.

Archiepiſcopatus Meſſanenſis.

Meſſina.

Cephalœdienſis.	*Cifalu.*
Pactenſis.	*Patti.*
S. Marci.	

IN CALABRIA.

Archiepiſcopatus Rhegienſis.

Reggio.

Epiſcopatus Suffraganei.

Caſſanenſis.	*Caſſano.*
Neocaſtrenſis.	*Nicaſtro.*
Catharenſis.	*Catanzano.*
Cotronienſis.	*Cotrona.*
Tropienſis.	*Tropia.*
Oppidanus.	*Oppido.*
Bouenſis.	*Boue.*
Giracenſis.	*Geraci.*
Scyllacenſis.	*Squillace.*
Miletenus eſt domini Papæ.	*Mileto.*

Addunt nonnulli hodie Caſtelli maris, & Nicoteranenſem, Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Conſentinus.	*Coſenza.*
Marturanenſis Epiſcopatus.	*Martorano.*
Archiepiſcopatus Roſſanenſis. ſuffraganeum.	*Roſſano*, nullam habet
Epiſcopatus Biſinianus eſt domini Papæ.	*Biſignano.*

Epiſcopatum domini Papæ vocant rerum pontificiarum ſcripto-

ſcriptores, qui Papæ in ſpiritualibus (vt loquuntur) immediate ſubeſt, & à iuriſdictione metropolitana ſeu archiepiſcopali liber eſt, ſiue exemptus, vt vulgo loquuntur.

Archiepiſcopatus S. Seuerinæ.
San Seuerina.

Vmbraticenſis.	*Vmbriato.*
Strangulenſis.	*Strongol.*
Geneocaſtrenſis vel Bellocaſtrenſis.	

His addunt hodie S. Leonis, Miletenſem, & Cariatenſem Epiſcopatus.

Seuerenæ vetuſto Calabriæ oppido vulgus indoctum Sanctæ Seuerinæ nomen indidit; vt & Laurentum, veterem Latii vrbem, S. Laurentii oppidum imperite nuncupant: quod ante nos Gabriel Barrius lib. 2. de Calabriæ antiquitatibus obſeruauit.

IN APVLIA.

Archiepiſcopatus Conſanus. *Conza.*

Murenſis.	*Muro.*
Cagianenſis.	*Cagiano.*
Montis viridis.	*Monte verde.*
Alcedonienſis.	*Alcedonia.*
Sancti Angeli.	*S. Angelo di Lombardi.*
Biſacienſis.	*Biſaccia.*

Ex his duo poſteriores Epiſcopatus hodie ſunt vniti.

Archiepiſcopatus Acherontinus.
Acherontia.

Potentinus.	*Potenza.*
Tricaricenſis.	*Tricaria.*
Venuſinus.	*Venoſa.*
Grauinenſis.	*Grauina.*
Aquilonenſis, vel Anglonenſis.	

Acherontinus hodie Materanum ſe Archiepiſcopum ſcribit & nuncupat.

Archiepiſcopatus Tarentinus.
Tarentino.

Mutilenſis.	*Motula.*
Caſtellanetenſis.	*Caſtellaneta.*

Archiepiſcopatus Brundiſinus.
Brindiſi.

Aſtunenſis.	*Hoſtuni.*

Archiepiſcopatus Hydruntinus.
Otranto.

Caſtrenſis.	*Caſtro.*
Gallipolitanus.	*Gallipoli.*
Licienſis.	*Leccio.*
Vgentinus.	*Vgento.*
Leucenſis.	*Capo di Leuco.*

Archiepiſcopatus Barenſis.
Bari.

Bitontinus.	*Bibonto.*
Melphitanus.	*Malfetta.*
Iuuenacenſis.	*Giouenazzo.*
Rubenſis ſeu Rubentinus.	*Ruuo.*
Salpenſis.	*Salpe.*
Canenſis.	
Bitterenſis.	*Bitetti.*
Conuerſanus.	*Conuerſano.*
Mineruienſis.	*Moneruino.*
Poligniacenſis.	*Palignano.*
Catarenſis.	
Lauellinus.	*Lauello.*

Catarenſis Epiſcopatus ſitus eſt in Sclauonia, Raguſinæ, niſi fallor, metropoli poſtmodum attributus.

Archiepiſcopatus Tranenſis.

Vigilienſis.	*Biſegli.*
Andrienſis.	*Andri.*

Archi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiſcopatus Sipontinus.
Siponto.

Veſcianus.	*Vieſte.*
Troianus eſt D. Papæ.	*Troia.*
Melphienſis eſt D. Papæ.	*Melſi.*
Monopolitanus eſt D. Papæ.	*Monopoli.*
Rapollenſis eſt D. Papæ.	*Rapollo.*

IN TERRA LABORIS.

Archiepiſcopatus Beneuentanus.
Beneuento.

Teleſinus.	*Teleſe.*
S. Agathæ.	*S. Agatha.*
Aliphanus.	*Aliſe.*
Montis Mariani.	*Monte Marano.*
Montis cornuti.	
Auellinus.	*Auelino.*
Vicanus.	*Vico della Baronia.*
Arianenſis.	*Ariano.*
Boianenſis.	*Boiano.*
Aſculanus.	*Aſcoli.*
Lucerinus.	*Luceria.*
Tertibulenſis.	*Turribia.*
Dragonarienſis.	*Dragonaria.*
Vulturanus.	*Vulturana.*
Cannenſis.	*Canne.*
Florentinus.	*Firenzola.*
Ciuitatenſis.	*Ciuitella.*
Termulanus.	*Termuli.*
Leſinenſis.	*Leſina.*
Frequentinus.	
Triuentinus.	*Triuento.*
Bomienſis.	*Bomia.*
Larinenſis.	*Larino.*
Alfanenſis.	*Guardia Alfana,*

Præter hos ſunt qui Montis Viridis & Marſici veteris Epiſcopatus in prouincia Beneuentana collocant.

Archiepiſcopatus Salernitanus.
Salerno.

Caputaquenſis.	*Capaceia.*
Policaſtrenſis.	*Policaſtro.*
Nuſcanus.	*Nuſco.*
Sarnenſis.	*Sarno.*
Acernenſis.	*Acierno.*
Marſicenus.	*Marſico.*
Rauellenſis eſt D. Papæ.	*Rauello.*

His adiungunt nonnulli hodie Campanienſem, & Cauenſem, ſed exemptum.

Archiepiſcopatus Amalphitanus.
Amalfi.

Capricanus.	*Capri.*
Scalenſis.	*Scala.*
Minorenſis.	*Minori.*
Siteranenſis.	*Lettre.*

Archiepiſcopatus Surrentinus.
Surrento.

Lobrenſis.	
Equenſis ſiue Aquenſis.	
Caſtelli maris, vel Stabienſis.	*Caſtel à mare.*

Non nemo his Maſſenſem adnumerat, & Aquenſem dicit eumdem eſſe cum Vicenſi.

Archiepiſcopatus Neapolitanus.
Neapoli.

Auerſanus.	*Auerſa.*
Nolanus.	*Nola.*
Puteolanus.	*Pozzuolo.*
Cumanus.	*Cuma.*
Acerranus.	*Cerra.*
Iſcalanus vel Inſulanus.	*Iſchia.*

Auerſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auerſanum à iuriſdictione Archiepiſcopali exemptum eſſe, notant recentiora Codicis Prouincialis mſ. editaque exemplaria.

Archiepiſcopatus Capuanus.
Capua.

Theanenſis.	*Theanoc.*
Caluenſis.	*Calui.*
Carinulenſis.	*Cariuola.*
Caſertanus.	*Caſerta.*
Sueſſanus.	*Sueſſa.*
Venafranus.	*Venafri.*
Aquinas.	*Aquino.*
Iſernienſis.	*Sergina.*

Eſt in eadem prouincia Montis Caſini epiſcopatus, ſed exemptus; à Ioanne XXII. inſtitutus. Cuius quidem monaſterii, à S. Benedicto Nurſino inſtituti, idem & Abbas & Epiſcopus exiſtit.

Capuam nouam, ex veteris capuæ ruinis excitatam, Archiepiſcopali honore condecorauit Ioannes XIV. cum Othoni II. Imp. coronam imponeret. Huic metropoli nonnulli quoque adtribuunt Soranum & Caiacenſem Epiſcopatus.

Dictis regni Neapolitani Archiepiſcopatibus acceſſere poſtea Lancianenſis & Theatinus.

Archiepiſcopatus Lancianenſis.
Lanciano.

Soranus.	*Sora.*
Aprutinus.	*Theamo.*

Archiepiſcopatus Theatinus.
Ciuita di Chietti.

Aquilenſis.	*Aquila.*
Pennenſis.	*Ciuitta di Penna.*
Sulmonenſis ſeu Valuenſis.	*Sulmonia.*

Pennenſi Epiſcopus Atrienſis eſt vnitus.

Sulmo Ouidii patria, hodie Sulmona principem habet ex Belgica Lannoiorum familia. Cuius vrbis Epiſcopus dicitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& Valuenſis, quod Sulmonenſis ager cum vicinis hodie Valua nuncupetur.

IN TVSCIA.

Archiepiſcopatus Piſanus.
Piſa.

Maſſenſis, in Corſica inſula.	*Maſſa.*
Aiacenſis, ibidem.	*Aiazzo.*
Alerienſis, ibidem.	*Aleria.*

Adde Ciuitatenſem, Populonienſem & Liburnenſem Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Genuenſis.
Genoua.

Bobienſis.	*Bobio.*
Bruniacenſis, in Corſica inſula.	
Maranenſis, ibidem.	

Addantur Albingaunenſis, Nebienſis, Accienſis, & Niolenſis, Epiſcopatus. Ceterum diſſidentes inter ſe Genuenſes & Piſanos Innocentius II. Pontifex cum conciliaſſet, vrbis vtriuſque Eccleſiam archiepiſcopali dignitate auxit circa annum XI. 1133. partitis Corſicæ inſulæ oppidis: vt Platina tradit, itemque rerum Genuenſium ſcriptores.

IN FLAMINIA.

Archiepiſcopatus Rauennas,
Rauenna.

Hadrienſis.	*Adria.*
Cimaclenſis.	*Comachio.*
Ceruienſis.	*Ceruia.*
Foro-Liuienſis.	*Forli.*
Foro-Popilienſis.	*Forimpopulo.*
Cæſenas.	*Ceſenna.*
Saſſinas.	*Sarzana.*
Fauentinus.	*Farenza.*
Imolenſis.	*Imola.*
Bononienſis.	*Bologna.*

Muti-

Mutinenſis.	*Modena.*
Rhegienſis.	*Regio.*
Parmenſis.	*Parma.*

His adde Faneſtrienſem Epiſcopatum. Ceterum Imolenſis olim foro-Cornelienſis eſt dictus: foro-Populienſis autem hodie Britonorianus nuncupatur.

Bononienſem porro Epiſcopatum Rauennati Anno 1586. Gregorius XIII. patria Bononienſis detraxit, Bononiamque archiepiſcopali titulo nobilem reddidit: ſuffraganeis ſex, Placentino, Parmenſi, Regienſi, Mutinenſi, Imolenſi & Ceruienſi adtributis. Quibus adde Cremenſem epiſcopatum ab eodem anno 1585. Carpenſem à Clemente VIII. inſtitutum itemque S. Domnini.

IN INSVBRIA.

Archiepiſcopatus Mediolanenſis.
Milano.

Bergomenſis.	*Bergamo.*
Brixienſis.	*Breſcia.*
Cremonenſis.	*Cremona.*
Laudenſis.	*Lodi.*
Nouarienſis.	*Nouara.*
Vercellenſis.	*Vercelli.*
Iporienſis.	*Iurea.*
Taurinenſis.	*Turino.*
Aſtenſis.	*Aſte.*
Aquenſis.	*Aich.*
Albenſis.	*Alba.*
Dertonenſis.	*Tortona.*
Sauonenſis.	*Sauona.*
Albingaunenſis.	*Arbenga.*
Intimilienſis.	*Vintimilia.*
Placentinus eſt D. Papæ.	*Piacenza.*
Papienſis eſt D. Papæ.	*Pauia.*
Ferrarienſis eſt D. Papæ.	*Ferraria.*

Mediolanenſis metropolis totam pæne Galliam Ciſalpinam cum Liguribus Alpiniſque populis continuit. Quod patet ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Euſebii Epiſcopi Mediolanenſis Epiſtola quæ inter opera S. Leonis Papæ, & in tomis Epiſtolarum Pontificiarum legitur cui quidem hi coepiſcopi ſubſcripſerunt.

Rhegienſis, Placentinus, Brixillenſis, Dertonenſis, Ticinenſis, Taurinas, Iporienſis. Auguſtanus, Laudenſis, Comenſis, Curienſis in prima Rhetia, Genuenſis, Aſtenſis, Nouarienſis, Cremonenſis, Brixianus, Vercellenſis, Albingaunenſis, Bergomas. Bononienſem *quoque cum* Foro-Cornelienſi & Fauētina *Æmiliæ Eccleſiis ad metropolim olim Mediolanenſem pertinuiſſe contendunt. Sed Æmiliæ Eccleſias pleraſque Valentinianus III. Imperat. cum Placidia matre in Rauennam propenſior, poſtea Rauennati metropoli curauit adiungendas: vt Blondus ex Agnello ſcriptore Rauennate retulit, decadis 1. lib. 2. Eccleſiam Genuenſem Innocentius II. teſte Platina, Taurinenſem Sixtus IV. & Leo X. teſte Pingonio ſui iuris fecerunt & Archiepiſcopali honore condecorarunt. Decurſu temporis detractæ ſunt & Auguſtana, Comenſis, aliæque nonnullæ Eccleſiæ. Ad ſynodos tamen à Carolo Borromæo patrum memoria celebratas ii Epiſcopi nulla controuerſia conuenerunt:* Vercellenſis, Albenſis, Vigeblanenſis, Dertonenſis, Caſalenſis, Aquenſis, Brixienſis, Cremonenſis. Alexandrinus, Bergomenſis, Laudenſis, Nouarienſis, Aſtenſis, Sauonenſis, & Intimilienſis. *Ex his Alexandriæ vrbi recens excitatæ anno 1189. primum dedit Epiſcopum Alexander II. Papa.*

IN DALMATIA
ſuper mare.

Patriarchatus Aquileienſis
Aquileia.

Mantuanus.	*Mantoua.*
Comenſis.	*Como.*
Tridentinus.	*Trento.*
Veronenſis.	*Verona.*
Patauinus.	*Padua.*
Vicentinus.	*Vicenza.*

Taruiſinus.	*Treuizi.*
Concordienſis.	*Concordia.*
Cenetenſis.	*Cenete.*
Feltrenſis.	*Feltro.*
Bellunenſis.	*Belluno.*
Polenſis.	*Pola.*
Parentinus.	*Parenzo.*
Tergeſtinus.	
Petinenſis.	
Juſtinopolitanus.	
Æmonienſis.	

Hi omnes Epiſcopi ſynodo Aquileienſi, anno 1596. Vtini celebratæ, interfuerunt; excepto Mantuano.

Ceterum Aquileia fuit olim Iſtriæ Venetiæque metropolis: ſed quo primum tempore Epiſcopus ille nomen Patriarchæ adſumpſerit, diſputant ſcriptores: Paulus certe diaconus meminit Pauli & Seueri Patriarcharum Aquileienſium.

IN ISTRIA.

Patriarchatus Gradienſis.

Grado.

Caſtellanus	*Venize.*
Clodienſis.	*Cioghia.*
Ciuitatis nouæ.	*Cita noua.*

Gradum vrbem temporibus Caroli Magni Imp. metropoli eo honore auctam ſcribunt Eginhartus & Rhegino. Creditur autem, Aquileia à Langobardis capta, Patriarcham, qui profugus in paruam hanc inſulam conceſſerat, noui huius Patriarchatus auctor extitiſſe. At Venetorum vrbs clariſſima patriarchatum tandem (Gradienſis nomine exſtincto) adepta eſt Anno 1450. Beneficio Eugenii IV. Pontificis max.

Archiepiſcopatus Iaderenſis.

Zadra.

Auſurenſis, vel Anſarenſis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vegienſis. *Vegia.*
Arbenſis. *Arbe.*

Iadera Liburnorum eſt metropolis, aduerſus Turcarum incurſus hodie munitiſſima. Cincta inſula hodie Vegia *dicitur.* Arbe *item inſula opidum habet eiuſdem nominis.*

Archiepiſcopatus Spalatenſis.
Spalato.

Traguriensſis.	*Trau.*
Segnenſis.	*Segna.*
Scardonenſis.	*Scardona.*
Nonenſis.	*Nona.*
Tunenſis.	*Tina.*

Adde Sebenicenſem *Epiſcopatum à Bonifacio VIII. inſtitutum. Eſt autem* Sebenicum, *Ptolemæo* Sicum *in ſinu Scardonico, arce aduerſus Turcas munitum.*

Traginius *à continente ſeparatur exiguo euripo.* Senia *vulgo* Segno, *vrbs eſt in plano ad mare Adriaticum ſita* Scardonæ *meminit Ptolemæus.*

IN SCLAVONIA.

Archiepiſcopus Raguſinus.
Raguſi.

Stagnenſis.	*Stagno.*
Roſſanenſis.	*Riſine.*
Tribunienſis.	*Trebigna.*
Catarenſis eſt ſuffraganeus Barenſi.	*Cataro.*
Boſenſis vel Rocenſis.	
Biduanenſis.	*Budoa.*

Archiepiſcopatus Antibarenſis.
Antiuari.

Dulcinienſis.	*Dolcigno.*
Suatinenſis.	
Drinaſtenſis.	*Drinaſtro.*

Pola-

Polatenſis.
Scodrienſis.
Arbanenſis.
Sardenſis.
Scutarenſis. *Scutari.*

Dulcinium *Ptolemæo eſt* Vlcinium, *aliis* Olchinium. Scodra *Illyrici opidum eſt eidem Ptolemæo & Liuio: quod hodie* Scutari *nuncupari quidam volunt: an recte, Ortelium in Geographia conſule.*

Ceterum ab Alexandro II. Papa, in diplomate ad Diocliensis & Antibarensis Eccleſiæ Archiepiſcopum miſſo, vna cum pallio, hi Epiſcopatus ſuffraganei numerantur: Eiaterenſis, Palechienſis, Suatinenſis, Sconirenſis Dinaſtinenſis, Polatinenſis, Sierbienſis, Bolonienſis, Tibunienſis. Vide Baronium anno 1062. §. 115.

IN HVNGARIA.

Archiepiſcopatus Strigonienſis, ad Danubium fl. *Gran.*

Agrienſis. *Agria.*
Nitrienſis, vel Litrienſis.
Vacienſis, ſeu Vvacienſis.
Iaurinenſis, ad Danubium fl. *Raab.*
Quinqueccleſienſis, ad Drauum fl.
Veſprinienſis. *Vveſprin.*

Strigonienſis eſt Legatus Apoſtolicus natus, & regni Hungariæ Primas, ſummuſque Secretarius: qui & Regem ſolet inungere. Veſprinienſis autem Reginæ eſt Cancellarius, quam & coronare ſolet.

IN PANNONIA.

Archiepiſcopatus Colocenſis. *Coloczo.*

Albæ Iuliæ, in Tranſiluania. *Vviſenburg.*
Zagrabienſis. *Zagrab.*
Varadienſis. *Vvaradin,*

Chanadienſis.	*Chzonad.*

His addunt alii, Sirmienſem, *ſeu* Sirmiſchenſem, B nenſem, *&* Cibinienſem *ſiue* Hermanſtadenſem *in Tra ſiluania, Epiſcopatus.*

IN POLONIA.

Archiepiſcopatus Gneſnenſis.

Vratislauienſis	*in Sileſia.*
Lubuſſenſis,	*in Marchionatu Brandebu*
Camenenſis,	*in Pomerania.*
Plocenſis,	*in Maſouia. Ploczsko.*
Cracouienſis,	*in Polonia minore.*
Poſnanienſis,	*in Polonia maiore.*
Culmenſis,	*in Pruſſia.*
Pomeranienſis ſeu Vladislauienſis.	

Camenenſis & Culmenſis hodie Gneſnenſi non ſubſunt: te Cromero. Sex itaque reliquis ſupra commemoratis adde Vi nenſem *in Lithuania*, & Mednicenſem *in Samogitia*, *Gn nenſi nunc pariter ſuffraganeos.*

Eſt inſuper in Ruſſia, regni Poloniæ prouincia, Archi piſcopatus Leopolienſis, *cui ſunt ſuffraganei* Præmislienſi Chelmenſis, Camenecenſis, Lucenſis, *ſeu* Lucerrienſis, Kiouienſis.

IN ALAMANNIA.

Archiepiſcopatus Moguntinus.
Ments.

Pragenſis, in Bohemia.	*Prag.*
Olomucenſis, in Morauia.	*Olmuntz.*
Eiſtatenſis.	*Aichſter.*
Herbipolenſis.	*Vvurtzburg.*
Conſtantienſis.	*Coſtnitz.*
Curienſis.	*Chur.*
Argentinenſis.	*Straſsburg.*
Spirenſis.	*Speir.*

Vvormi

Vvormatienſis.	*Vvormbs.*
Verdenſis.	*Ferden* ſiue *Vverden.*
Hildeſimenſis in Bauaria.	*Hildeſem.*
Halberſtadienſis.	*Halberſtat.*
Paderbornenſis, in Vveſtfalia.	*Padborn.*
Bambergenſis.	*Bamberg.*
Auguſtanus	*Augſpurg.*

Pragam Archiepiſcopali honore inſigniuit Clemens VI. Papa, Olomucenſi vt ſuffraganeo contributo: petente Carolo IV. Imperatore.

Bambergenſem Epiſcopatum anno 1006. S. Henricus Imp. inſtituit ac dotauit: vt Ditmarus & Marianus Schottus teſtantur.

Moguntinorum Antiſtitum hiſtoriam fuſe ſcripſit Nicolaus Serrarius, Soc. Ieſu Theologus: qui lib. 1. cap. 23. multa narrat de Suffraganeis.

Ceterum hoc loco ſemel monuiſſe ſuffecerit, multos hodie in Germania Epiſcopatus liberos, & ab omni iuriſdictione Archiepiſcopali exemptos cenſeri. Sunt in his Bambergenſis, Ratiſponenſis, Miſnenſis.

Archiepiſcopatus Colonienſis.

Cologne. Coln.

Leodicenſis.	*Liege Ludick.*
Traiectenſis.	*Vtrecht.*
Monaſterienſis.	*Munſter.*
Mindenſis.	*Mindem.*
Oſnaburgenſis.	*Oſnabrug.*

Ex his tres poſteriores in Vveſtphalia epiſcopatus Carolus Magnus Imp. inſtituit. Traiectum ad Rhenum fl. ſiue Vltraiectum in Batauis ſitum archiepiſcopali dignitate auxit Paullus IV. vt infra dicemus, cum de Archiepiſcopatu Remenſi agemus.

Archiepiſcopatus Bremenſis.

Bremen.

Barduicenſis. *deſijt.*	*Bardevviſi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sleſuicenſis.	*Sleſvvich.*
Raceburgenſis, ſiue Raſeburgenſis.	*Ratzenburg.*
Lubecenſis.	*Lubeck.*
Rigenſis, ſeu Liuonienſis.	*Righe.*

Gaſpar Bruſchius addit Suerinenſem *ſeu* Mechelburgenſem.

Olim Hamburgum fuit ſedes Archiepiſcoporum huius tractus: de quibus vide M. Adami hiſtoriam Eccleſiaſticam. Rigenſi *porro metropoli hi olim Epiſcopatus fuere ſuffraganei.*

Reualienſis, in Liuonia.	*Reuel.*
Curienſis ſiue Gerlandenſis, ibidem.	
Oiſelenſis ibidem.	*Oiſel.*
Derptenſis ſiue Topatenſis, ibidem.	*Derpt.*
Culmenſis, in Pruſſia.	
Sambienſis, ibidem.	
Pomeſanienſis, ibidem.	
Varmienſis, in Ruſſia, eſt exemptus.	

Quatuor priores Epiſcopatus cõmemorat Gaſpar Bruſchius, tres autem poſteriores Martinus Cromerus adiungit.

Renalia ad mare Balthicum habet portum celebrem. Epiſcopi autem ſedes eſſe ſolet Borcholmia.

Culmenſem *Epiſcopatum prouinciæ Gneſnẽſi per Equites Teutonicos Marianos detractum, & Rigenſi adiectum fuiſſe, ſcribit Cromerus.*

Sambienſem & Pomeſanienſem *Epiſcopatus ſuppreſſit Albertus Brandeburgicus, qui abdicato ordinis equeſtris Teutonici magiſterio, Pruſſiam inuaſit. Solet autem Sambienſis in Regio-Monte vulgo Kozingsberg, Pomeſanienſis ante in Inſula B. Mariæ, vulgo* Marie vverder *reſidere: vt tradit Eraſmus Stella in libris de Boruſſiæ antiquitatibus.*

Olim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Olim & Varmienſis Epiſcopus imperium Rigenſis Archiepiſcopi, ſed nunc ſolius Romani Pontificis agnoſcit teſte eodem Cromero.

Archiepiſcopatus Magdeburgenſis.
Meydburg.

Hauelburgenſis.	*Hauelburg.*
Brandeburgenſis.	*Brandeburg.*
Miſnenſis.	*Meiſſen.*
Merſeburgenſis.	*Merſburg.*
Ciczenſis vel Naumburgenſis, in Miſnia.	*Cicz. Naumburg.*

Archiepiſcopatus Salisburgenſis.
Salſburg.

Pátauienſis.	*Paſſaw.*
Ratiſponenſis.	*Regenſburg.*
Friſingenſis.	*Friſingen.*
Brixinenſis.	*Brixen.*
Gurcenſis.	*Guicz* vel *Goritz.*
Lauentinenſis.	*Lauenmund.*
Seccouienſis.	*Seckaw.*
Chiemenſis.	*Chiemſe.*

Sunt qui huic Prouinciæ adnumerant Nouæ ciuitatis *in Auſtria Epiſcopatum, à Paulo II. anno 1468. inſtitutum. Illius tamen nulla mentio apud Viguleum Hundium in Metropoli Saliſburgenſi.*

Archiepiſcopatus Treuerenſis.
Trier.

Metenſis.	*Metz.*
Tullenſis.	*Toul.*
Verdunenſis.	*Verdun.*

Archiepiſcopatus Tarentaſienſis.
Tarentaiſe.

Sedunenſis.	*Sion. Sitten.*
Auguſtanus.	*Oſta.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Archiepiſcopatus Veſontionenſis.
Beſanzon.

Baſileenſis.	*Baſel.*
Lauſannenſis.	*Loſanne.*
Bellicenſis.	*Bellay en Breſſe.*

Archiepiſcopatus Ebrodunenſis.
Embrun.

Dinienſis.	*Digne.*
Nicienſis.	*Nice.*
Antipolitanus.	
Glandeuenſis.	*Glandeſue.*
Senetenſis.	*Senez.*
Vencienſis.	*S. Paul de Vence.*

Antipolitanus Epiſcopatus Graſſam Prouinciæ urbem tertio inde miliari tranſlatus eſt.

Archiepiſcopatus Aquenſis.
Aix en Prouence.

Aptenſis.	*Apt.*
Reienſis.	*Ries.*
Foro-Iulienſis.	*Freiuls.*
Vapincenſis.	*Gap.*
Siſtaricenſis.	*Siſteron.*

Archiepiſcopatus Arelatenſis.
Arles.

Maſſilienſis.	*Marſeille.*
Auenionenſis.	*Auignon.*
Arauſicenſis.	*Orange.*
Vaſionenſis.	*Vaiſon.*
Cabellicenſis.	*Cauaillon du Contat.*
Tricaſtinus.	*Tricaſtin.*
Carpentoractenſis.	*Carpentras.*
Tolonenſis.	*Tolon.*

Aueni-

Auenionenſem Comitatum Ioanna Caroli Calabriæ Ducis filia ceſſit Clementi VI. Papæ, ad compenſationem tributi Romanæ Sedi per annos multos non ſoluti, nomine regni Neapolitani. Auenionenſi autem Archiepiſcopatui hodie ſubſunt Carpentoractenſis, Vaſionenſis & Cabellicenſis ſeu Cabellionenſis, Epiſcopatus.

Archiepiſcopatus Viennenſis.
Vienne.

Valentinus.	*Valence.*
Viuarienſis.	*Viuaray.*
Dienſis.	*Die.*
Gratianopolitanus.	*Grenoble.*
Maurianenſis.	
Gebennenſis ſeu Geneuenſis.	*Geneue.*

Albenſi Heluiorum vrbe à Croco Alamannorum Rege euerſa, ſedes inde Viuarium eſt tranſlata.

Geneuâ à Nouatoribus anno 1535. occupatâ, ſedes hodie Epiſcopi eſt Aneſſiacum Sabaudiæ opidum.

Archiepiſcopatus Lugdunenſis.
Lyon.

Eduenſis ſeu Auguſtodunenſis.	*Autun.*
Matiſconenſis.	*Maſcon.*
Cabillonenſis.	*Chalon ſur Saone.*
Lingonenſis.	*Langres.*

Archiepiſcopatus Senonenſis.
Sens.

Pariſienſis.	*Paris.*
Carnutenſis.	*Chartres.*
Aurelianenſis.	*Orleans.*
Niuernenſis.	*Neuers.*
Antiſſiodorenſis.	*Auſſerre.*
Trecenſis.	*Troyes en Champagne.*
Meldenſis.	*Meaulx.*

Archiepiſcopatus Remenſis.

Reims en Champaigne.

Sueſſionenſis.	*Soiſſons.*
Catalaunenſis.	*Chaallon ſur Marne.*
Cameracenſis.	*Cambray.*
Siluanectenſis.	*Senlis.*
Tornacenſis.	*Tournay.*
Ambianenſis.	*Amiens.*
Morinenſis.	*Teroane.*
Nouiomenſis.	*Noyon.*
Atrebatenſis.	*Arras.*
Bellouacenſis.	*Beauuais.*
Laudunenſis.	*Laon.*

NOTATIO.

*Hodie pauciores in Rhemenſi prouincia ſunt ſuffragan
Archiepiſcopatibus tribus in Germano-Belgica, quem c
teri vulgò Flandriam vocant, anno 1559. à Paullo IV. n
ſtitutis, Cameracenſi nimirum, Machlinienſi, & Vltra
ctino.*

Archiepiſcopatus Cameracenſis.

Cambray.

Atrebatenſis, in Arteſia.	*Arras en Artoys.*
Audomaropolitanus, ibidem.	*S.Omer.*
Namurcenſis, ad Moſam fl.	*Namur.*
Tornacenſis, apud Neruios, ad Scaldim fl.	*Tournay.*

Machlinienſis Archiepiſcopatus.

Malines, Mecchelen.

Antuerpienſis in Brabantia ad Scaldim fl.	*Anuers.*
Brugenſis, in Flandria.	*Bruges.*
Gandenſis, ibidem, ad Scaldim fl.	*Gant.*
Iprenſis, ibidem.	*Iper.*
Ruremundenſis in Geldria, ad Moſam fl.	*Rurmonde.*

Siluiducenſis, ſeu Buſcoducenſis in Brabantia. *Bolduc. Hertoghenboſſch.*

Vltra-

Vltraiectinus Archiepiſcopatus.
Vtrecht.

Dauentrienſis.	*Deuenther.*
Groningenſis, apud Friſios.	*Groninghe.*
Harlemenſis,in Hollandia.	*Harlem.*
Leouardienſis,in Friſia.	*Leewarden.*
Middelburgenſis,in Zelandia.	*Middelbourg.*

Archiepiſcopatus Rotomagenſis.
Roan.

Baiocenſis.	*Baieux.*
Abrincenſis.	*Auranches.*
Ebroicenſis.	*Eureux.*
Sagienſis.	*Sais. Sees.*
Lexouienſis.	*Liſieux.*
Conſtantienſis.	*Contances.*

Archiepiſcopatus Turonenſis.
Tours.

Cenomanenſis.	*Mans.*
Redonenſis.	*Rennes.*
Andegauenſis.	*Angiers.*
Nannetenſis.	*Nantes.* (*rantin.*)
Coriſopitenſis.	*Cornouaille , Quinperco-*
Venetenſis.	*Vannes,Vennes.*
Maclouienſis.	*S.Malo.*
Briocenſis.	*S.Brieu.*
Trecorenſis.	*Triguier.*
Leonenſis.	*S.Paul de Leon.*
Dolenſis.	*Dol.*

Archiepiſcopatus Bituricenſis.
Bourges.

Claromontenſis.	*Clairmont en Awergne.*
Rutenenſis.	*Rodez.*
Cadurcenſis.	*Cahors.*

Altinum clara olim Venetiæ mediterraneæ vrbs E. inter Patauium & Concordiam, Tacito, Straboni, aliiſque vete[]ribus nota, ab Hunnis, vna cum Aquileia, euerſa: cuius ho[]die nihil exſtat præter turrim, quæ nomen Altini ſeruat. Sedes Epiſcopalis in Torcellum inſulam, Venetiis haud lõ[]ge diſtantem, eſt tranſlata: vt Philippus Ferrarius in ſua ad Romanum Martyrologium Topographia teſtatur.

Amantea, Epiſcopatus olim Rhegienſi in Calabria me[]tropolitano ſuffraganeus: diſpoſitione Imp. Leonis.

Amaſea, metropolis in Helenoponto: in diſpoſitione Leonis Imp.

Amaſtris, Ptolemæo, Luciano in Toxari, Plinio in Epiſtolis, vrbs Bithyniæ in Aſia minore ad pontum Euxinum: metropolis, in diſpoſitione Leonis Imp. Hodie *Samaſtro* dicitur, vt vult Niger.

Amaurenſis vrbs Epiſcopalis in Mauritania Cæſarienſi, apud Vict. Vticenſem.

Amazonis in Caria Epiſcopus Philetus conc. Epheſino interfuit.

Ambaſum, metropolis Phrygum. Stephano.

Ambienſis vrbs Epiſcop. in Mauritania Cæſarienſi apud Vict. Vticenſem.

Amblada Piſidiæ vrbs, Stephano: Cariæ vrbs, Straboni.

Ambladenſis Epiſcopatus eſt ſuffraganeus metropolitæ Iconienſi in Lycaonia: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Ambracia, Straboni & Plinio *Ampracia*, per P. Ptolemæo Æliano, & Herodoto, vrbs Græciæ in Epiro.

Ambra Epiſcopatus Keltzenenſi metropolitano ſuffraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Amburenſis vrbs Epiſc. in Africa in Collatione Carth.

Amendus Cariæ vrbs Epiſcopalis in conc. Nicæno III.

Ameria vrbs E. Vmbriæ *Amelia*: Ciceroni, Ptolemæo, aliiſque nota. Hinc *Amerini*.

Amida Ætii medici patria, vrbs Meſopotamiæ ad Tigrim fl. quam à Conſtantino Imp. ampliatam inde *Conſtantiam* nuncupatam tradit Amm. Marcellinus. Hodie *Caramit* dici Petrus Gyllius teſtatur. Cedrenus & Curopalates ſcribunt eam à Saracenis *Emet* vocari.

Aminſi Epiſcopatus, in Helenoponto, metropolitæ Amaſeno ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Amira, Palæſtinæ opidum: in Hiſtoria Miſcella.

Ammæa, Meſopotamiæ vrbs, Ptolomæo: hodie *Amit*, iuxta Nigrum, vel *Emed*, iuxta Andream Maſium. Platina legit *Amet*.

Amorium, vrbs Phrygiæ maioris, Ptolemæo: metropolis in Diſpoſitione Leonis Imperatoris. Eadem *Amaros*, teſte Suida.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ampelus, Ligurum vrbs, Stephano.

Amphipolis, vrbs Syriæ, ad Euphratem, quam Sy- *Turmedam* vocant: vt Stephanus teſtatur.

Amporenſis ſedes epiſcop. in Numidia.

Amuſu epiſcopatus Keltzenenſi metropolitano ſuf- fraganeus: in diſpoſitione Imp. Leonis.

Amudaſa, Africę Popiræ ſeu Byzacenæ prouinciæ vr- apud Ptolemæum. *Amudàrſa* apud Vict. Vticenſem.

Amyzon Cariæ vrbs epiſcopalis, Ptolemæo & Plin- nota: quæ in conc. Epheſino corrupte *Amazon* dicitur.

Anabiſum, ſedes epiſcopalis in Aſia alibi: teſte Me- phraſte in vita S. Ioannis Chryſoſtomi.

Anagnia, vetus Latinorum ſiue Hernicorum vrbs, ti- tulo gaudet epiſcopali, & ſedi Apoſtolicæ immediate ſu- eſt, tam in ſpiritualibus quam temporalibus, vt loqu- tur.

Anaſtaſiopolis, epiſcopatus Traianopolitano in Rodo- pe metropolitaneo ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Anaſtaſiopolis Galatiæ vrbs epiſcopalis, Ancyræ ſuffra- ganea: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Anatetartæ epiſcopatus Cariæ Stauropolitano metro- politæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Anazarbus Dioſcoridis patria, Ciciliæ ſecundæ vrb- è in concilio Epheſino, hodie *Axara* iuxta Nicetam Cho- niatem, alioſque Græcos: vel *Aceſerai*, iuxta Leunclau- um. Eadem dicitur Iuſtiniapolis in ſynodo Conſtantino- politano V.

Ancuſenſis in Aſia Epiſcopus apud Vict. Vticenſem.

Ancyra, epiſcopatus, Hieropolitano in Phrygia Ca- paliana ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Ancyra Galatiæ primæ metropolis: in Diſpoſitione Leonis Imp. cognomento Philoſophi.

Angoari hodie Bellonio, *Enguri* ſiue *Ancara* Leun- clauio.

Andactenſis epiſcopatus, Trapezuntio in Lazica metro- politano ſuffraganeus; in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Andra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Andrapenſis epiſcoparus in Helenoponto, Amaſeno metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis. *Andrapenorum* in Hellenoponto ciuitatis fit & mentio in ſynodo VI. Conſtantinopolitana. Miror autem ab aliis in Helleſponto collocari.

Andreopolitanum in Scotia Archiepiſcopatum inſtituit Sixtus IV. Papa.

Andria, vrbs Apuliæ, in regno Neapolitano, gentis Carafæ epiſcopalis & ſuffraganea Archiepiſcopo Tranenſi.

Andrius epiſcopatus, Athenienſi in Hellade metropoli ſuffraganeus: in Diſpoſitione.

Andros, Ægei maris vulgo Archipelagi, inſula, inter Cyclades prima, Turcicum hodie iugum patitur. Andrenſis Epiſcopus Naxienſi ac Parenſi Archiepiſcopo eſt ſuffraganeus: vt ex Leonis & Andronici Impp. ſanctionibus liquet. In hac inſula vrbs eſt eiuſdem nominis ampla ac populoſa, in qua vt & in reliqua inſula, plurimi ſunt Chriſtiani, ritus Latini, Græcis ſchiſmaticis Turciſque mixti. Solet autem Andrenſis Epiſcopus hodieque confirmationem à Pontifice Romano petere vt ex vrbe accepimus. Ceterum vt in Andro, ſic & in Cypro, Chio, & aliis aliquot Græciæ locis hac noſtra quoque ætate, inter Turcas ac Græcos ſchiſmaticos, ſacra ritu & idiomate Latino celebrantur: vt Ioannes Macarius, Grauelinganus, Canonicus Arienſis in Arteſia, rerum Orientalium peritiſſimus nos monuit.

Anglonenſis vrbs epiſcopalis, in finibus Lucaniæ & Brutiorum, *Anglone*, in regno Neapolitano, Acherontinum agnoſcit Archiepiſcopum.

Aneorum, *Aneatorum*, ſeu *Neatarum* ciuitatis in Phrygia Epiſcopus Modeſtus Epheſini conc. parte 2. act. 1.

Angolus Veſtinorum in Italia opidum Ptolemæo notum, hodie *Citta Sant Angelo*, teſtibus Volaterrano & Blondo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aninatum, Epiſcopatus in Aſia, ſub metropolita Ep[h]eſino: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Aninetum, in conc. Epheſino.

Aninuſia vrbs epiſcopalis: vt patet ex ſubſcriptioni[bus] conc. Epheſini.

Antandros, Aſiæ minoris opidum, in Myſia, ad m[are] Ægeum, Ptolemæo, hodie *S. Dimitri*, Sophiano. In Di[s]poſitione Leonis Imp. eſt epiſcopatus ſub Epheſino M[e]tropolita.

Antarodus Syriæ vrbs, Ptolemæo & Plinio, quæ Ty[]rio, Vitriaco, Volaterrano, & aliis hodie *Tortoſa*.

Antibarenſis epiſcopatus, olim Dyrrachino ſuffrag[a]neus: in Diſpoſitione Imp. Leonis. Nunc eſt Archiep[i]ſcopatus, decreto Alexandri II. Papæ. Vide infra *Anti*parenſis.

Antinoe, Ægypti vrbs epiſcopalis ad Nilum fluuiũ ho[]die *Anthios*.

Antiphelli epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Antiochia cognomento *Magna*, Turcis *Tachia*, apu[d] Europæos hodieque nomen retinet, ad Orontẽ fluuium.

Antiochea Mæandri, epiſcopatus in Caria, Stauropo[]litano metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imper[] Leonis.

Antiochia Piſidiæ, metropolis: in Diſpoſitione Leonis Imp.

Antiochia, epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi: in Diſpoſitione Leonis Imperatoris, & apud Tyrium.

Antiparenſis, ſiue *Antibarenſis* vrbs Dalmatiæ, iugum Turcicum patitur. Sunt tamen Chriſtiani plurimi in agris habitantes, quibus hodieque præeſt Archiepiſcopus Antiparenſis à Pontifice Rom. confirmatus. Suffraganeæ ſedes omnes, duabus exceptis, à Turcis quoque ſunt occupatæ. Fuerunt autem ſuffraganeæ, *Eiaterenſis*, *Palecienſis*, *Suatinenſis*, *Scodrienſis*, *Dinaſtrenſis*, *Polatenenſis*, *Sierbienſis*, *Bo-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis, *Bolonienſis*, & *Tribunienſis*: vt in diplomate Alexandri II. recenſentur, apud Baronium anno 1062. §. 115. Vide *Antibarenſis*.

Antipolis vrbs Galliæ Narbonẽſis, teſte Ptolemæo *Antibe* ſedes olim epiſcopalis in prouincia Ebrodunenſi: quæ poſt Graſſam Prouinciæ vrbem tertio inde milliari translata eſt.

Antuerpia ad Scaldim fl. in Brabantia ſita, vrbium, quas Europa, Africa, Aſia videt, pulcherrima: vt iure optimo *Vrbs Vrbium* à Lipſio ſit nuncupata. Cui nequid deeſſet, epiſcopalem dignitatem Paullus IV. Pont. Max. an. 1559. adiecit.

Apamia ſiue *Apamea* vrbs Syriæ, Straboni, Ptolemæo, & aliis nota.

Apamea metropolis, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Apamia ſedes epiſcopalis, Antiocheno in Piſidia Metropolitæ ſuffraganea: in Diſpoſitione.

Apamia, opidum in Ducatu Fuxenſi & prouincia Toloſana ſitum, *Paſmiers*: quod Epiſcopali honore auxit Bonifacius VIII. anno 1296. vt Nangius & Bernardus Guido tradunt.

Aphrodiſias, vrbs Cariæ apud Melam: eadem epiſcopalis, in concilio Epheſino.

Apia, vrbs epiſcopalis Phygiæ Pacatianæ, metropoli Laodicenæ ſuffraganea.

Apollonia Macedoniæ vrbs quondam epiſcopalis, ad mare Ionium.

Apollonias, Epiſcopatus Bithyniæ, Nicomedienſi metropolitæ ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Apollonias Cariæ epiſcopatus, Stauropolitano ſuffraganeus: ibidem.

Apollonias, vrbs epiſcopalis Lydiæ, ſub Sardiano metropolita: ibidem.

Apillorum epiſcopatus in Lycia Myrenſi ſuffraganeus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apros colonia, opidum Thraciæ eſt, Plinio, & Iuſt
Archiepiſcopatus, in Diſpoſitione Leonis Imp.

Apta Iulia, Vulgientium opidum, in Gallia Narbon
ſi, Plinio. A qua Aptenſis hodie epiſcopatus, *Apte.*

Aquæ Albenſium ſedes epiſcopalis, Mauritaniæ Sitif
ſis apud Vict. Vticenſem, & in Coll. Carthag.

Aquæ Auguſtæ, vrbs Epiſcopalis in Gallia Narbone
Aqs, ſub Archiepiſcopatu Auſcenſi.

Aqua Grani, vrbs imperialis, in diœceſi Leodicenſ
ta, tumulo & reliquis S. Caroli Magni Imp. celebris: G
lis *Aix la Chapelle*, Germanis *Aken.* Barbari *Aquiſg*
num vocant.

Aquæ flauiæ, Portugalliæ opidum; hodie *Chaues* nu
cupatum.

Aquæ Gradatæ non eſt *Gradus* infima, ſed vicus S. Ca
tiani nomine celebris, ab Aquileia III. P.M. in ora mari
ma: vulgo *S. Cantiano*, Ita Ph. Ferrarius in ſua Topogr
phia Martyrologii Rom.

Aquæ Statellorum, vrbs E. Lombardiæ Ciſpadanæ i
prouincia Mediolanenſi: *Arqui.*

Aquæ Sextiæ, colonia Romana, vrbs Galliæ Narbo
nenſis, veteribus notiſſima, gaudet titulo Archiepiſcopa
li: *Aix en Prouence.*

Aquæ Viuæ coloniæ meminit vetus Inſcriptio. Itali
vrbs epiſcopalis ſic vocatur in conc. Rom.

Aquenſis ſedes epiſcopalis in Mauritania Cæſarienſi, a
pud Vict. Vticenſem. Forte ab *Aquis Calidis.*

Aquila vrbs epiſcopalis Marſorum, in regno Neapoli-
tano exempta, vt loquuntur. Huc ſedem tranſtulit Ale-
xander IV. Papa, Furconio, veteri Marſorum opido ex-
ciſo.

Aquilæ Epiſcopatus, Naupactio in Ætolia metropolitæ
ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Aquileia Iſtriæ Venetiæque olim metropolis, in di-
tione Venetorum ſita, à multis retro ſæculis gaudet titulo
Patriarchatus.

Aquilo-

Aquilonia vrbs Hirpinorum in Italia, Litio & Ptolemæo. Ea hodie à vulgo *Laquedonia* Latine *Lacedogna*, Italice nuncupatur, in regno Neapolitano: eſtque epiſcopalis, & ſuffraganea Archiepiſcopo Compſano, in Hirpinis.

Arabia Petrea Aſiæ regio, Palæſtinæ finitima. Hæc eadem Procopio & Stephano eſt *Arabia vetus & Palæſtina tertia*. Tyrio autem lib. 11. cap. 16. eſt *Arabia ſecunda*: & lib. 13. cap. 3. item 15. cap. 21. *Petracenſis* à Petra eius metropoli ſic dicta.

Arabiſenſis Epiſcopus, in Armenia minore interfuit concilio Conſtantinopolitano I. Apud Antoninum & Calliſtum eſt. *Arabiſſum* in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Arabiſi (vnico L.) epiſcopatus eſt ſuffraganeus metropolitæ Melitenenſi, in ſecunda Armenia.

Arabracenſis epiſcopatus, Camachio in Armenia metropolitano ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Araclia Palæſtinæ vrbs epiſcopalis in prouincia Tyrenſi: teſte Guilielmo Tyrio.

Arathia epiſcopatus ſub metropolita Cæſarienſi in Cappadocia.

Araxe epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Aroſio Plinio, Ptolemæo, Sidonio, aliiſque veteribus nota vrbs Galliæ Narbonenſis, *Orange*, Principatus & epiſcopatus titulis gaudens, hodie gentis eſt Naſſauiæ.

Arabdelorum ſiue *Arabdelorum* Epiſcopus Theodorus conc. Epheſino interfuit.

Arca vrbs Phœniciæ ſeu Syriæ, generaliter loquendo nota, Ptolemæo & Antonino: patria Alexandri Imperatoris. Lampridius & alii vocant

Arcenam vrbem. Hieronymus Quæſtionibus in Geneſim plurali numero nuncupat.

Arcas opidum contra Tripolim, in radicibus Libani ſitum.

Arcadia vrbs epiſcopalis Cretæ inſulæ: in Diſpoſitione Leonis Imperatoris.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arcadiopolis vrbs Thraciæ, Curopalati & Gedre. Eadem, vt arbitror, eſt archiepiſcopalis, in Diſpoſiti Leonis Imp.

Arcadiopolis ſedes epiſcopalis in Aſia ſub metropo Epheſino: vt ex Synodo v. Conſtantinopolitana, & Diſpoſitione Leonis Imp.

Arcenſis epiſcopatus, in ſecunda Armenia ſuffragan Melitenenſi metropolitæ: in Diſpoſitione Imp. Leon

Argontinenſium in Germania epiſcoporum res ge ſcripſit & edidit anno 1608. Franciſcus Guillimanus, blicus hiſtoriarum Profeſſor Friburgi Briſgoiæ, quod opidum gentis Auſtriæ apud Heluetios, Catholicam bens Academiam.

Argos vrbs Peloponneſi, Ptolemæo: vrbs epiſcop Corintho ſuffraganea, in Diſpoſitione Imp. Leonis. Aq dictus Epiſcopus *Arginus* qui factus eſt metropolitan Iſacio Angelo imperante: vt ex ſcholiis ad citatam Leon Diſpoſitionem liquet.

Ariarathe vrbs epiſcopalis in ſecunda Armenia Mel tenæ ſuffraganea: in Diſp.

Ariaſſus Phrygiæ in Pamphylia opidum, Ptolemæ *Ariaſſenſis* epiſcopi in Pamphylia meminit conc. Co ſtantinopolitanum. *Ariaci* Epiſcopatus, Pergenſi metr politæ in ſecunda Pamphylia ſuffraganeus, eſt in Diſpoſi tione Imp. Leonis.

vide an eadem, *Aaraſſus* quæ Straboni vrbs eſt Piſidi

Ariſitenſis vicus Galliæ Narbonenſis: in quo epiſcopu inſtitutum ſcribit Greg. Turonenſis, lib. 5. hiſtor. Fran cap. 5.

Ariſta epiſcopatus Bithyniæ, Nicomedienſi ſuffragane us: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Ariſtea vrbs epiſcopalis Phrygiæ Pacatianæ, metro poli Laodicenæ ſuffraganea: ibidem.

Armenia maior ſeu *ſecunda* Mercatori hodie eſt *Tur comania.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Armenia Minor ſeu *Prima* Colchidi vicina, hodie eſt *Accoionlu* Leunclauio. In Armenia maiore ſunt hodieq; plurimi Chriſtiani, Latinum ritum Romanum in ſacris ſeruantes; non pauca item ſodalium ordinis S. Dominici monaſteria: qui ſoli illo in tractu ſunt ſacerdotes. His Chriſtianis præeſt Archiepiſcopus *Nactouanenſis* in *Abarano* oppido, & monaſterio dicti ordinis reſidens: in cuius diœceſi hodie viginti circiter villæ numerantur, à Chriſtianis paſſim inhabitatæ, paucis Turcis intermixtis. Nactouanenſis porrò Archiepiſcopus confirmationem vt loquuntur, ſuæ electionis ſolet petere à Romano Pontifice: quod & annis ſuperioribus eſt factum. Hæc ex Vrbe nobis ab amico ſunt ſignificata. Ceterum *legati Armeniorum Epiſcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipſi Catholicum, id eſt Vniuerſalem, propter infinitum, id eſt amplius quam mille Epiſcoporum ſub ſe habentem numerum vocant, ab vltimo penè Oriente, Eugenio III. omnem ſubiectionem anno 1145. Viterbii ex parte illius Eccleſiæ obtulerunt*, vt ex Othone Friſingenſi Baronius in Annal. commemorat.

Armianus Epiſcopatus in Lycia, Myrenſi ſuffraganeus in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Arcenaria colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, vrbs Ptolemæo & Pomponio, hodie *Arcen*.

Arſicaritana ſedes Epiſcopalis, in Numidia, eſt apud Vict. Vticenſem.

Arſivataricon ſedem Epiſcopalem in Mauritania Cæſarienſe, habet fragmentum Vict. Vticenſis, fortè ab Arſenaria.

Arſinoë V. E. Ægypti ad ſinum Arabicum *Sues* hodie Petro Gyllio.

Arſuritana ſedes Epiſcopalis eſt apud Victor. Vticenſem.

Artzeſii ſiue S. *Nicolai* Epiſcopatus, Keltzenenſi Metropolitano ſuffraganeus: in Diſpoſitione Imp. Leonis.

Artzica ſiue *Arcerabi* Epiſcopatus Keltzenenſi ſuffraganeus: ibidem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aruernorum vrbs primaria E. hodie *Clarusmons*, v *Clermont* nuncupatur.

Aſcalon Palæſtinæ vrbs E. Maritima Ptolemæo, & mentio fit Iudicum 1.

Bononiam celebrem Italiæ vrbem, Gregorius XIII triâ Bononienſis, archiepiſcopali honore auxit, illiqu fraganeas eſſe voluit, Parmenſem, Placentinam, Re ſem, Mutinenſem, Cremenſem, Imolenſem, & Ceru ſem eccleſias. Sed opponentib. ſe Rauennatib⁹, Paull Imolẽſem & Ceruienſẽ eccleſias Archiepiſcopo Rauen demum reſtituit: Bononienſi verò adtribuit Parmam, centiam, Regium, Mutinam, Cremam, & Burgum S. mnini: vt ex Actis publicis Romanæ Curiæ accepimus Epiſcopis Bononienſibus libros 5. ſcripſit Carolus Si mius. Burgum porrò ſancti Domnini fuit olim nuncu tum Iulia, vt ex Martyrologio Rom. didici.

Bononia vrbs Galliæ maritimæ, vulgò *Boloigne*, haud lo gè à Caleto ſita, ante vaſtationem Normannicam p prium habuit Epiſcopum: vt didici ex Hincmari Rheme ſis Archiepiſcopi libro, aduerſus Hincmarum Landune ſem ſcripto, quem typis nondum editum V. Cl. Nic. Fab Pariſiis adſeruat. Multis tamen poſtea ſæculis caruit ſe epiſcopali, nimirum ad annum vſque 1553. quo Terua Morinorum eſt exciſa, & prædia epiſcopatus Teruanen Bononienſi recens erecto pro parte ſunt adtributa.

Boſtra Arabiæ vrbs Stephano, & in lib. Notitia *Col. B ſtra* eſt in antiquo lapide, ſedes metropolitana.

Bouianum, Ptolemæo, Samnitum in Italia vrbs; Liui Pentrorum caput; *Boianum* Stephano. Hodie *Boian* teſte Leandro: vrbs eſt titulo Ducali & Epiſcopali in ſignis, in regno Neapolitano, ſub ditione Regis Catho lici.

Braſilia regio, Regi Catholico, vt Indiæ occidentalis domino, paret. Cuius quidem regionis Epiſcopus in vrbe Baxa reſidet: vulgò tamen Braſilienſis Epiſcopus nuncu-

patur,

patur; & eſt ſuffraganeus Archiepiſcopo Oliſiponenſi. Baxæ collegium eſt Societ. Ieſu, itemq; tria monachorum cœnobia: vt ex Vrbe accepimus.

Britanniarum, ſiue Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ ſedes epiſcopales, earumque origines ac mutationes deſcribuntur à Guilielmo Camdeno, in Britannia; itemque à Parkero in Hiſtoria antiquitatum Britannicæ Eccleſiæ, Londini & Hanouiæ 1605. excuſa: quos tamen ſcriptores cautè legendos moneo.

Britannia minor ſeu Aremorica vrbes habet IX. Epiſcopales, Rhedonenſem, Nannetenſem, Venetenſem, Coriſopitenſem, Leonenſem, Trecoricenſem, Maclouienſem, Briocenſem & Dolenſem.

Burgum, vrbs archiepiſcopalis, caput regni Caſtelli veteris, ſuffraganeas habet eccleſias Pampilonenſem, Calaguritanum & Palentinam.

Burgum S. Domnini, oppidum eſt inter Parmam & Placentiam ſitum, ad Ducem Parmenſem pertinens, quod Epiſcopali honore auxit Clemens VIII. Papa, & Paullus V. Bononienſi eccleſiæ ſuffraganeum eſſe voluit. Olim *Iulia* nuncupatum fuit: vt colligi videtur ex Martyrol. Rom. 9. Octobr.

Burgum S. Sepulchri vrbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopatu Florentino, in ditione Ducis Etruriæ.

Canaria vna ex Fortunatis inſulis, Ptolemæo & Plinio nota, nomen retinet.

Iuagua vna ex inſulis Canariis habet Archiepiſcopum.

Canuſium oppidum, *Canoſa*, proprium olim habuit Antiſtitem. Hodie vnus idemq; ſcribit ſe *Archiepiſcopum Barenſem & Canuſinæ ſedis.*

Caſtrum Ptolemæo & Straboni, Picenorum oppidum, *Flauiano* hodie Leandro & Blondo

Catana, Ptolemæo & aliis, Siciliæ vrbs epiſcopalis, nomen retinet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cataquenſis Epiſcopi in Africa meminit D. Auguſti epiſt.129. ad Olympium.

Ceneda, Venetæ regionis oppidum, apud Agathiam, men retinet. Aliis dicitur *Ceneta*, vrbs hodie Epiſcop. Cenetenſis Epiſcopi in Iſtria meminit ſynodus Conſtantinopolitana VI.

Chalcedon vrbs Aſiatica ad Boſphorum Thracium, Concilio Oecumenico ibidem celebrato nobilis.

Carcaſſum, Galliæ Narbonenſis vrbs epiſcopalis, Pli *Carcaſo*, Ptolemæo, *Carcaſio*. Procopio, hodie *Carcaſſon*

Clodia Foſſa, Plinio, Venetorum hodie oppidum epiſcopale, diciturque *Chioggia*.

Colonia Agrippina ſeu *Agrippinenſis*, ſic dicta ab Agrippina Iulia, matre Neronis Imperatoris, teſte Cornel. Tacito lib. 12. Annalium, vrbs eſt Archiepiſcopalis ad Rhenum fluuium: cui ſuffragantur hodie Leodicum, Monaſterium, Minda & Oſnaburgum.

Coluſitanus Epiſcopatus in Africa: ex Concilio Carthaginenſi.

Comacula inſula, in Venetis, apud Reginonem lib. 2. hodie *Comachio* nuncupatur, cum oppido cognomine.

Compſa, Hirpinorum in Italia vrbs vetus, hodie Archiepiſcopalis.

Cophti ſiue *Copti* homines Chriſtiani in Ægypto hodieq; circumciduntur: vnde & ſic dictos putant nonnulli vocabulo à Græcis ſumpto.

S. Dominici inſula apud Indos habet Archiepiſcopum cui ſubiiciuntur Epiſcopi ſex, Cabacenſis, Boriquenſis, Nondurenſis, Panamenſis, Carthaginienſis, & S. Martin

Epidaurus in Parthinis Dalmatiæ populis, hodie *Ragu* dicitur, vrbs & Reſpublica nobilis, ex oppoſito Italiæ. *Epidaurus* in Laconia, hodie *Maluaſia*, vini generoſiſſimi ferax: à qua Cretenſe vinum illi certans paſſim Maluaſia vocatur. *Epidaurus* in Argolide, vicina Trœzeni, templo Æſculapii nobilis fuit. Ita Scaliger ad Euſeb. nu. 429.

Japonibus in Bungo primum dedit Epiſcopum Sixtus V.

Laurea-

Laureacum ſedes olim fuit metropolitana Pannoniæ & Norici: cuius hodie rudera in Enſio Auſtriæ oppido exſtare radit Lazius lib. 2. rerum Viennenſium cap. 2. Idem ſcribit uic olim metropoli ſubfuiſſe *Tiberinenſem*, *Quintauienem*, *Patauienſem*, in Vindelicis, *Ouilabenſem*, in Norico Ripenſi, *Iuuauienſem*, *Solienſem*, *Celeianum*, *Patouienſem*, & *Taurisanum*, in Norico mediterraneo, Epiſcopatus.

Limenſi ſiue *Vrbis Regum* Archiepiſcopis in India occidentali ſubſunt Epiſcopi.

I.	Cuſcouienſis.	*Cuſco.*
II.	Quitonenſis.	*Quito.*
III.	Guamantiacenſis.	*Guamantiaci.*
IV.	Arequipenſis.	*Arequipa.*
V.	Paſenſis.	*Pas.*
VI.	Platenſis.	*Plata.*
VII.	Trugillenſis.	*Trugilli.*
VIII.	Guanugienſis.	*Guanugio.*
IX.	Calapaienſis.	*Calapaia.*
X.	Portus veteris.	*Porto veio.*
XI.	Guaiachilenſis.	*Guaiachil.*
XII.	Popoianenſis.	*Popoiani.*
XIII.	Carchienſis.	*Carchi.*
XIV.	S. Michaelis.	*Piura.*
XV.	S. Franciſci.	

Lima, ſiue *Vrbs* Regum, tractus maritimi Peruam metropolis cultiſſima, condita eſt à Franciſco Pizarro anno 1535. in eaque reſidet Prorex, atq; vniuerſæ prouinciæ Senatus.

Quito vrbs opulenta ac populoſa admodum, Æquatoris lineæ pænè ſubiacet.

Cuſco montanarum vrbium regina, & Peruanæ prouinciæ metropolis eſt.

Eſt & Meridenſis epiſcopatus, *Merida*, in prouincia Iucatana.

Mexicanum in India occidentali Archiepiſcopum agnoſcunt Epiſcopi ſeptem, Xalicanus, Mothoacanus, Gua-

xacanus, Tlaſculanus, Guatimalanus, Chiaxenſis, & Ni-
caguanus.

Mileuitanæ vrbis, ob ſynodum in ea celebratam n[o]-
lis, Epiſcopus fuit S. Optatus, cuius exſtant libri de ſchi[ſma-]
te Donatiſtarum contra Parmenianum. Errant autem [qui]
iſtud Africæ oppidum, *Mileum* ſeu *Mileuim*, cum M[elite-]
na Armeniæ metropoli, vel cum Melita inſula confund[unt.]

Mozarabum ſeu Chriſtianorum Arabibus in Hi[ſpa-]
nia mixtorum Miſſa, per Leandrum Hiſpalenſem con[ſcri-]
pta, exſtat tomo 6. Bibliothecæ veterum Patrum.

Nexiuanum Armeniæ maioris vrbs Archiepiſcop[i]
Latini ritus.

Philippinis inſulis datus eſt primus Epiſcopus an. 15[..]
teſte Bozio l. 4. c. 3. Archiepiſcopum poſtea iſtis in in[ſu-]
lis cum aliquot Epiſcopis ſuffraganeis collocatum fuiſſe, no[n]
nemo mihi narrauit. Philippinarum porrò inſularum a[li-]
quot millia eſſe dicuntur, ex quibus non niſi triginta c[ir-]
ter parent Hiſpaniarum Regi.

Poloniæ hierarchia eccleſiaſtica ita ſe habet. Poſteaqu[am]
Lituani ſeſe cum Polonis penitus coniunxere, atque in [v-]
num Reipublicæ corpus coaluere, anno 1578. in comi[tijs]
Lublinenſibus inter regni Poloniæ Senatores, primi ſu[nt]
Antiſtites nominati, atq; iſto ordine, ad ferenda ſuffrag[ia]
collocati: primùm Archiepiſcopi duo, Gneſnenſis, in Po-
lonia maiore, & Leopolienſis, in Ruſſia. Sequuntur Epi-
ſcopi XIII. Cracouienſis, in Polonia minore. Vladisla-
uienſis, in Cuiauia.

Vilnienſis, in Lituania.
Poſnanienſis in Polonia maiore. } *alternatim.*
Plocenſis in Maſouia.
Varmienſis in Pruſſia. } *alternatim.*

Luceorienſis, ſeu Lucenſis. Præmiſſienſis in Ruſſia. Med-
nicenſis in Samogitia. Culmenſis in Pruſſia. Chelmenſis in
Ruſſia. Kiouienſis, ibidem. Camenecenſis in Podolia.

Præter Latinos iſtos Antiſtites ſunt & tres Ruſſici, ac
Græci ſchiſmatis Epiſcopi, quos ipſi Ruſſi *Vladicas* vocant,

nimirum

nimirum Leopolienſis, Præmiſſienſis & Chelmenſis : qui
unà cum ſectatorib. ſuis, & aliis Ruſſicis itidem Epiſcopis,
qui ſunt in ditione Lituanica, à Kiouienſi Metropolita, & à
Patriarcha Cōſtantinopolitano, quò ad religionē & initia-
tionē, dependent. Habent & ſuum Armeni Epiſcopū : ſed
neq; hic, neq; Ruſſici in Senatu regio locū obtinēt. Olim,
latiùs patente Polonorum regno, & Vratislauienſis itemq;
Lubuſſenſis & Camenenſis Epiſcopi ſuū in Senatu ordinē
habuerūt: atq; etiamnū duo priores in ꝓuincia Gneſnenſi
cenſentur. Hodie verò Camenenſis epiſcopatus in Ducum
Pomeraniæ, Lubuſſenſis in Marchionū Brandeburgicorū,
Vratislauienſis autem in Bohemiæ Regū ditione, exiſtunt.
Ita ferè Martinus Cron:erus libro de Poloniæ ſitu, ma-
giſtratibus & deſcriptione.

Ceterū poſt Cromeri tempora, an. nimirū 1596. Rutheni
ſeu Ruſſi in communionē à Clemente VIII. ſunt recepti: vt
patet ex fidei ꝓfeſſione ab ipſis emiſſa, & ſignata à Kiouiēſi
Archiepiſcopo ſeu Metropolita, itemq; à Vulodomicienſi,
Luceorienſi, Polocenſi, Præmiſſienſi, Leopolienſi, Chel-
mēſi & Pinſcenſi Epiſcopis. Baronii tomū 7. cōſule, in fine.

Vt ad Polonos redeam, præter Gneſnenſem & Leopo-
lienſem Archiepiſcopatus, Rigenſis inſuper in Liuonia Ar-
chiepiſcopatus iuris hodie Polonici cenſetur: ex quo nimi-
rum Poloni prouinciam illam Equitibus Teutonicis ſeu
Marianis, adeoq; Imperio Germanico ademerunt.

Portucale, vrbs Luſitaniæ epiſcopalis, quà ſe Durius euol-
uit in mare. Vnde Portug:liæ nomen ipſi vrbi primum,
deinde toti prouinciæ ab oppido Cale factum, quod hodie
oppidum Caia dicitur: teſte Mariana l. 6. rerum Hiſp. c. 15.

Portugaliæ, ſeu Luſitaniæ regnum tres habet Archie-
piſcopos, Bracarenſem, Oliſiponenſem, & Eborenſem.
Bracarenſis habet ſuffraganeos Portugalenſem & Algar-
bienſem ſeu Siluenſem Epiſcopum. Oliſiponenſem agno-
ſcunt hodie Septenſis in Africa; Braſilienſis in Braſilia, &
inſulæ S. Thomæ apud Æthiopes Epiſcopus.

Pragam Bohemiæ vrbem regiam archiepiſcopali honore

inſigniuit Clemens VI. Papa, & Olomucenſem Mora[…] Epiſcopum vt ſuffraganeum contribuit: Carolo IV. I[…] petente.

Raguſino Archiepiſcopo in Dalmatia ſuffraganei ſ[…] Stagnenſis, Garzalenſis, Roſanenſis, Stephanenſis, Marconenſis, Epiſcopi: vt ex Vrbe accepimus. Vide E[pi]daurus.

Roſſanenſem Eccleſiam, quæ antea ritum ac linguam [in] ſacris Græcam ſeruabat, ſuo æuo Latinam eſſe factam t[ra]dit Barrius lib. v. de antiq. Calabriæ. Idem tradit ſedem e[pi]ſcopalem *Thurio* (cùm id oppidum eſſet vaſtatum) Roſſ[a]num eſſe translatum. Fuit in hoc tractu & *Maurum* opp[i]dum, cathedrâ item epiſcopali olim inſigne, inter Thuriu[m] & Coriolanum.

Rutheni ſiue Ruſſi Sarmatiæ populi in communione[m] Eccleſiæ Romanæ anno 1596. à Clemente VIII. Papa ſun[t] recepti. Horum Metropolita eſt Archiepiſcopus Kiouien-ſis: Epiſcopi ſunt Vulodomicienſis, Luceocienſis, Polucen-ſis, Præmislienſis, Leopolienſis, Chelmenſis, & Pinſcenſis. Vide Baronii Tomum ſeptimum, ad Calcem, & ſupra, *Po-lonia.*

Sabaria, S. Martini Turonenſis Epiſcopi patria, Plinio eſt in Norico, Ptolemæo autem in Pannonia ſuperiore. Hungariæ oppidum hodie, quod *Stainamangriam* vocant Germani, *Stain am Angern*.

Sagonenſis in Corſica Epiſcopus, *Sago*, Piſanum Metro-politanum agnoſcit, & vrbe à piratis vaſtatâ hodie reſidet in oppido Vicenſi aut Caluenſi, in eadem inſula: Gregorio XIII. annuente.

Saliſburgenſem, Friſingenſem, Ratiſponenſem, & Aich-ſtatenſem Epiſcopatus inſtituit S. Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus: Odilone Boioariorum Duce cõſentiente. Porrò Salisburgum, olim Iuuanium nuncupatum, vetus Romanorum colonia, ſuffraganeos, ſeu Coëpiſcopos habet octo, Friſingenſem in Bauaria, Ratiſponenſem, Pata-uienſem, Brixinenſem, Gurcenſem, Chiemenſem, Secco-

uienſem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uienſem,& Lauentinenſem: teſte Hundio. Ex his ſuffraganeis quatuor priores vnà cum Salisburgenſi, inter Imperii Romani Principes cenſentur,locumq́; publicis in comitiis habent: ceteri quatuor non item. Metropolim Salisburgenſem accuratè deſcripſit Viguleus, Hundius I. C. & ſupremi Boiorum Senatus Monachii Præſes; additis Salisburgenſium, Friſingenſium, Ratiſponenſium, Patauienſium, ac Brixinenſium Epiſcoporum catalogis, Ingolſtadii anno 1581. *Friſinga*, medio ferè itinere inter Monachium & Landshuetam ſita, primum habuit Epiſcopum S. Corbinianum, à Gregorio III P.M. circa an. 710. in Bauariam miſſum. De cuius epiſcopatus initiis ac progreſſu ſcripſit anno 1187. Conradus Friſingenſis Canonicus: quem alii poſtea vſque ad annum 1521. continuarunt. *Ratiſpona* ſiue *Ratiſbona* ciuitas eſt imperialis & libera ad Danubiū poſita, in qua ferè Imperii comitia celebrari ſolent. Epiſcoporum eius vrbis res geſtas, præter Hundium, & Wolffgangus Hungerus deſcripſit. Gerardus Mercator & alii Ratisbonenſem Epiſcopum ſcribunt liberum eſſe atq; exemptum. Patauienſib. Epiſcopis Laureacenſes Archiepiſcopi dederunt originē, à Laureaco Norici oppido olim metropolitano ſic dicti. Sedes porrò metropolitica inde Patauium primò, deinde Salisburgū eſt translata. Eſt autem Patauium, vulgò *Paſſau*, ſitum ad confluentem Oeni & Danubii. *Sabiona*, Germanicè *Seben*, in Comitatu Tirolenſi inter Oenipontem & Bozanum, fuit olim ſede epiſcopali nobilis: quæ inde Brixinam per S. Albuinum circa annum 1034. tranſtulit. Ceterum Epiſcopi Brixinenſes, vt & Tridentini, tametſi iure Aduocatiæ ad Comitatum Tirolenſem pertineant, ſunt tamen Principes Romani Imperii, locumque in comitiis habent imperialibus; atque ad ſubleuandas Imperii neceſſitates contribuunt. Reliqui quatuor epiſcopatus de Salisburgenſium Archiepiſcoporum menſa, vt loquuntur, ſunt inſtituti: *Gurcenſis* nempè per Gebhardum Archiepiſcopum circa annum 1073. *Chiemenſis* verò, *Seccouienſis* & *Lauentinenſis* per Eberhardum Archiepiſcopum

circa an. 1214. & 1220. Olim & Tridentinus Epiſco nisi fallor, agnouit Salisburgenſem.

Sardiniæ inſulæ Archiepiſcopatus ſunt Caralitan Turritanus.

Satrianenſis & Campanienſis vrbes regni Neapol communem habent Epiſcopum. Prior Eccleſia eſt ſu ganea Archiep. Salernitano: altera autem Compſano.

Saxoniæ & Vandaliæ veteris Epiſcoporum & Pſeu epiſcoporum ſucceſſionem ab anno 1500. vbi Albe Cranzius deſiit, vſque ad noſtram ætatem deduxit, & R ſtochii 1592. edidit Dauid Chytræus, Lutheranus, ideo cautè legendus.

Scotia duos habet Archiepiſcopos, *Sant-Andreanu* & *Glacoënſem*. Priori totius Scotiæ Primati ſubſ Dunckeldenſis, Aberdonẽſis, Morauienſis, Dumblan Brechinẽſis, Roſſenſis, Cathanenſis, & Orcadenſis. Po riorem agnoſcunt Epiſcopi Candidæ Caſæ, Liſmorien & inſularum: teſte Camdeno.

Scodra vrbs epiſcopalis Dalmatiæ ſub Antibarenſi A chiepiſcopo, *Scutari*, olim Venetis, nunc Turcis paret.

Scyllaceum vrbs eſt Calabriæ antiquiſſima, Caſſiodo viri ſcriptis celeberrimi, patria: cuius vrbis Epiſcopi R manis ſynodis ſub Vigilio & Hilario Papis ſubſcripſiſſe guntur.

Segobiæ nouæ ciuitas eſt epiſcopalis in Philippinis inſu apud Iapones.

Seleucia Parthorum hodie *Bagded*.

Senenſi in Etruria Archiepiſcopo ſuffragantur Epiſco Ilicinenſis, Ciuitatenſis, Populonienſis, Liburnienſ itemque in Corſica Maſſenſis, Aiacenſis, Alerienſis. Sa Montis Politiani Epiſcopus eſt exemptus.

Siſciæ vrbis ad Saui ripam, è regione oſtii Colapis flu Plinius, Ptolemæus, Strabo, Velleius Paterculus, aliiq; me minerunt: cuius rudera hodie in confinibus Suriæ, Hungariæ & Sclauoniæ *Soſſed* incolæ nuncupant. Huius loci

ſedes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

des epiſcopalis inde Sagrabiam eſt translata. Siſcia patro-
um atq; Apoſtolum habuit S. Quirinum Epiſcopum Lau-
eacenſem : cuius martyrium egregio carmine Prudentius
celebrat.

Sleſuicenſis, Ripenſis, Achuſienſis, & Aldeburgenſis in
Cimbrica Cherſoneſo Epiſcopatus circa annum 948. fun-
dati ſunt, per Othonem Magnum Imperatorem Aldebur-
go ſedem Epiſcopi poſtea Lubecam curauit transferendum
Henricus Leo.

Spalatenſi in Dalmatia Archiepiſcopo, ad mare Adriati-
cum, in ditione Venetorum, ſuffraganei ſunt, Segnienſis,
Nonenſis, Pharenſis, Tragurienſis, Sanadienſis, Scardo-
nenſis, & Tinienſis. Complectitur hæc diœceſis prouin-
cias Pizoiæ, & Nabdobilæ Turcis hodie ſubiectas, in qui-
bus ſunt 36. parœciæ ſeu pagi Chriſtianorum, qui proprios
habent Parochos Illyrica lingua celebrantes. Nonenſis
item diœceſeos pars Venetis, pars Ferdinando Archiduci
Auſtriæ, pars Turcis ſubeſt. Hæc omnia nobis ex Vrbe vir
eruditus ſignificauit.

Strigonienſis Archiepiſcopus, Legatus Apoſtolicus na-
tus, & regni Hungariæ Primas, ſummusque Secretarius,
ſuffraganeos habet ſex, Agrienſem, Vacienſem, Nitrien-
ſem, Quinqueccleſienſem ad Drauum fl. Veſprinenſem, &
Iaurinenſem, *Raab*, ad Danubium.

Suerinam ex Mekelenburgo circa annum 1168. ſedem
epiſcopalem transferendam curauit Henricus Leo Impe-
rator. Fuerat autem Mekelenburgi in Ducatu Megapoli-
tano primùm inſtituta anno 1062. per Albertum Archie-
piſcopum Bremenſem.

Sutrina & *Nepeſina* Eccleſiæ Epiſcopales vnitæ ſub Do-
minio temporali Sedis Apoſtolicæ.

Tarentinorum Archiepiſcoporum ſeriem recitat Ioan-
nis Iuuenis lib. 8. de antiquitate Tarentinorum, exſtatque
in Tomo Italiæ illuſtratæ. Sunt autem in diœceſi Taren-
tina Abbatiæ quinque, vt vocant, Conſiſtoriales. I. S. Viti,
Modeſti, & Creſcentiæ, quæ olim Græcorum monachorũ,

ord. S. Baſilii. II. S. Mariæ de Gelaſo, olim ord. Ciſter-
ſis, III. SS. Petri & Andreæ, ord. S. Benedicti. IV. S. M
de Criſpiano. V. S. Mariæ de Talſano, Græcorum m
chorum. Eſt in eadem diœceſi & Abbatia Montis Ol
quæ S. Mariæ de Iuſtitia nuncupatur, aliæq; plurimæ
lares baſilicæ; teſte eodem Ioanne Iuliene.

Tarraconenſis in Catalaunia Archiepiſcopatus h
ſuffraganeos Barcinonenſem, Gerundenſem, Elenen
Vicenſem, Celſenenſem, Vrgellenſem, Ilerdenſem, & D
turſanum, vt ex Vrbe nobis amicus ſignificauit.

Taurinenſi Archiepiſcopo in Pedemontio ſubſunt
lutiarum & Montis Regalis, vulgò Mondouienſis, E
ſcopi.

Ticinum hodie Papia, vrbs celebris in Ducatu Med
lanenſi. Epiſcoporũ res geſtas ſcripſit Bernardinus Sacc

Toletano Archiepiſcopo, regni Caſtellæ Cancella
ſubſunt Epiſcopi, Cordubenſis, Conchenſis, Seguntin
Iaënſis, Murcienſis ſeu Carthiginenſis, & Vxamenſis.

Tornacum vetus Neruiorum oppidum ad Scaldim
Tournay, proprium primò habuit Antiſtitem: poſtea N
uiomenſis & Tornacenſis Eccleſiæ fuerunt vnitæ ab an
Chriſti 520. vſque ad tempora S. Bernardi Claræuallen
Abbatis: cuius opera rurſus proprium Tornacenſes Epiſc
pum ab Eugenio III. Papa impetrarunt, an. 1146.

Traiectum inferius, ad veterem Rheni alueum, hod
Vltraiectum ferè nuncupant, *Vtrecht*: quod dignitate
piſcopali à multis retrò ſæculis illuſtre, auxit Archiepiſco
pali Paullus IV anno 1559.

Traiectum ſuperius ad Moſam fl. vulgò *Mæſtricht*, ſe
des olim Epiſcoporum Tungrenſium, qui nunc Leodici re
ſident.

Trecenſium in Gallia Epiſcoporum res geſtas ſcripſer
Petrus Pithœus, & N. Camuzæus.

Treuerenſium Archiepiſcoporum hiſtoriam ſcripſit
Chriſtophorus Browerus, Neomagus, Soc. Ieſu Theolo-
gus, quam auidè omnes exſpectant.

Tungo-

Tungrorum vrbs vetuſtiſſima ad Iecoram fl. *Tongeren*, ertio lapide à Leodico, cathedram olim habuit Epiſcopaem, quæ poſtea Traiectum ad Moſam, inde Leodicum eſt ranslata. Tungrenſum, Traiectenſum ac Leodicenſum es geſtas ſcripſere Notgerus Epiſcop. Leodicenſis, quem typ:s hactenus non editum breui publicabimus, & Ioannes Placentius Antuerpiæ anno 1529. euulgatus, & alii.

Tuamenſi in Hibernia Archiepiſcopus ſex habet ſuffraganeos, Eluanfertenſem, Elfnienſem, Agadenſem, Aladenſem, Duacenſem, Maionenſem.

Turitano Archiepiſcopo in inſula Sardiniæ tres ſunt Epiſcopo ſuffraganei, Algarenſis, Roſſanenſis & Ampurienſis, vt ex Vrbe accepimus.

Valentino in Hiſpania Archiepiſcopo ſuffragantur Epiſcopi, Carthaginienſis, Oriolanus, Segorbicenſis, & Sebatenſis in inſula maiore Balearium.

Valliſoletanus in Hiſpania Epiſcopatus anno 1596. à Clemente VIII. eſt inſtitutus.

Vencienſem & Graſſenſem Epiſcopatus, prouinciç Ebrodunenſis, in vnum redactos, auctoritate Apoſtolica anno 1592. teſtatur Chopinus lib. 2. Monaſticon. Sic & in patrimonio Sedis Apoſtolicæ tres Eccleſiæ Caſtellana (ſeu Ciuitatis Caſtellanæ) Ortana & Galleſana ab vno Epiſcopo gubernantur.

Veneta in ditione duo hodie numerantur Patriarchæ, *Venetus & Aquileienſis*, olim & *Gradenſis*; cuius titulus ac nomen deſiit, Veneto excitato.

Verdenſem epiſcopatum ad Alleræ & Viſurgis confluentem, quatuor ſupra Bremam milliaribus fundauit Carolus Magnus.

Veſontionenſem in Burgundia Archiepiſcopum agnoſcunt Baſilienſis, Lauſannenſis & Bellicenſis Epiſcopi. Ex his Bellicenſis ad ditionem regni Galliæ pertinet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Viennenſem, & *Nouæ ciuitatis* in Auſtria, itemque *Labacenſem* in Carniola epiſcopatus anno 1468. Paullus instituit, petente Frederico III. Imperatore. Dicta eſt tem Vienna olim Vindobomia, & Fabiana: qua in be ſedes olim metropolitana fuit, inde Laureacum poſtea translata: vt Lazius lib. 2. rerum Viennenſium c. 2. diſſerit.

Vindoniſſa, vrbs olim epiſcopalis: cuius hodie ruinæ cœnobio Cunighveldenſi, haut procul Sempacho in Heluetios, vulgò *Windiſſch* dicuntur. Eius loci Epiſc variis conciliis ſubſcripſiſſe leguntur.

Vltraiectum, antiqua Batauorum vrbs, *Vtrecht*, ad terem Rheni alueum titulo Archiepiſcopali à Paullo I anno 1559. aucta eſt Epiſcopis quinque ſuffraganeis at butis. Dauentrienſi, apud Tranſiſalanos, Groningenſi pud Friſios, Harlemenſi apud Hollandos, Leouardienſi pud Friſios, Middelburgenſi apud Zelandos: quæ opp omnia vnà cum Vltraiecto hodie ab hæreticis poſſident Vltraiectinorum Antiſticum res geſtas ſcripſere Hadrian Barlandus, & Petrus Cornelisſonius Bockenbergius, ſ cautè legendus.

Vrbinati in Italia Archiepiſcopo ſubſunt Feretranus, Callienſis Epiſcopi.

Vrbis S. Fidei Archiepiſcopus in tractu Braſiliæ, hab plurimas vrbes ſibi ſubiectas, inter alias *Portum omnium Sanctorum*, Epiſcopi Præſidisque prouinciæ ſedem.

Zagabria vrbs in Sclauonia, gentis Auſtriæ, ſuffraganea Archiepiſcop. Colocenſi: cuius diœceſis maior pars à Turcis hodie occupatur.

Hactenus de quinque primariis eccleſiis Patriarchalibus breuiter diximus: præter quas ſunt & aliæ nonnullæ apud Chriſtianos Orientales, quæ titulum hunc ambiunt, vt de Europæis nihil dicam. Ex Orientalibus, Patriarcha Maronitarum in monte Libano, item Patriarcha Aſſyriorum Chaldæorum in ciuitate Caramit & Seert, vicinisque

nisque

ſque partibus agentium, itemque Archiepiſcopus Armenorum prouinciæ Nexiuanenſis in Perſia, viuunt Catholicè, ſub obedientia S Romanæ Eccleſiæ Sedisque Apoſtolicæ. Ceteri ferè errores aliquos habent: vt Iacobitæ & Armenii non prorſus acceptant Concilium Chalcedonenſe, nec expreſsè Dioſcorum damnant. Neſtoriani non recipiunt Concilium Epheſinum, nec expreſsè damnant Neſtorium. Græci in ſolitis ſuis ſchiſmatibus atque erroribus in Concilio Florentino definitis perſiſtunt. Sperandum tamen eos paulatim ad Eccleſiæ Orthodoxæ communionem reducendos, operâ præſertim eorum qui Romæ in Collegiis variarum nationum Orientalium inſtituuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN